Wagner

Observationes juris publici.

1770

K 6
397 d

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-420375-p0001-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-420375-p0002-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-420375-p0003-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-420375-p0004-6

Christ. Godofr. Dan. Wagneri

# OBSERVATIONES
# IVRIS PVBLICI.

LIPSIAE,
APVD CAROLVM GVILIELMVM HOLLIVM.
MDCCLXX.

Ks 397

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-420375-p0005-2

Si quiſquam eſt, qui placere ſe ſtudeat bonis
In his auctor hic nomen profitetur ſuum.

TERENT.

KOEN. BIBL. DER UNIVERS. HALLE
Universitäts- und Landesbibliothek Zweigstelle Aufklärung

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-420375-p0006-8

ILLVSTRISSIMIS

ATQVE

EXCELLENTISSIMIS VIRIS,

# CHRISTIANO GOTTHELF
# L. B. DE GVTSCHMIDT

SERENISSIMI SAXONIAE ELECTORIS

VICE-CANCELARIO, ETC.

ET

# PETRO
# L. B. DE HOHENTHAL

DOMINO A FALCKENBERG ET COSSA ETC.

SENATVS ECCLESIASTICI DRESDENSIS

VICE-PRAESIDI ETC.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-420375-p0007-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-420375-p0008-9

# VIRI ILLVSTRISSIMI!

*Et beneficiis, qnibus me adauxiſtis, et, quibus me adiuuaſtis, conſiliis ita* VOBIS *obſtrictus ſum, vt ſatisfacere mihi non poſſim, niſi publice, quantum* VOBIS *debeam, declarando ab omnibus quam gratiſſimus erga Vos cognoſcar. Has, quas Veſtrae tutelae, Summi Maecenates, ſupplex commendo lucubrationes, ea mente confectas eſſe a me rogo* VOBIS *perſuadeatis, easque vt propterea benigne accipere velitis, maxima, qua ſuſpicio* VOS, *reuerentia oro. Ter quaterque felicem me exiſtimabo, ſi, quo nihil mihi potius debet eſſe et antiquius, dignus ſimul exinde a* VOBIS *cenſear, quem nunquam non veſtra beneuolentia foueatis, nec dubitetis, me per omne vitae meae tempus*

VOS

Lipſiae,
d. IV. Calend. Martii
MDCCLXX.

ſumma cum pietate culturum eſſe

CHRIST. GOTTFR. DAN. WAGNER

CAND. IVR.

Non niſi ea, qua primitias ſtudiorum meorum * excipi euenit, benignitate commotus, hoc, cui priorem libellum adiungendum eſſe putaui, nouum confeci opuſculum; indeque ſi Fautores mei, quantum iudiciis eorum tribuam, intelligent, non actum egiſſe me putabo. Si quid vero eſt in me ſcientiae, quam quidem ſatis exiguam eſſe ſentio, eam fateor totam me celeberrimis illis viris, quorum doctrinis hic atque Goettingae inſtructus ſum debere,

— — — et grates perſoluere dignas
Non opis eſt noſtrae. — — —

VIRGIL.

* Dieſe Verſuche, mit denen ichs zuerſt vor einigen Monathen gewagt habe ins Publikum zu treten, ſind die ſechs erſtern Obſervationen, nebſt der kleinen Vorrede, wenn ſie anders verdient eine Vorrede genennt zu werden, die ich ihnen vorgeſetzt habe. Ich habe ſie bis auf einige Worte und Verbindungen, die nach meinen Gedanken wider die lateiniſche Sprache waren, unverändert beybehalten. Das einzige, das man, als eine würkliche Veränderung betrachten könnte, iſt der Einwurf, den ich mir bey der fünften Obſervation aus dem 56. §. des Reichs-Abſchiedes von 1555 noch gemacht habe.

# PRAEFATIO.

Cum has ſcriptiunculas eo conſilio perfecerim, vt me Fautoribus meis commendem, iisque ſtudiorum meorum rationes reddam; omnes rogo tam aequi ſint horum ſpeciminum iudices, vt eorum vitia condonanda potius, quam reprehendenda eſſe cenſeant.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-420375-p0011-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-420375-p0012-1

# I.

*De iuribus Vicariorum Imperii.*

C Vicarii Status Imperii ſunt ad quos ex legibus noſtris ius imperium adminiſtrandi ſpectat, ſi vel interregnum eſſe contingit, vel Imperator abſentia valetudine ſenectute aut infirmitate aetatis impeditur, quo minus imperio praeeſſe poſſit [a]). Primis quidem temporibus nulli certi et perpetui Vicarii fuere, ſed vel ab Imperatoribus, ſi abſentia eorum vel alia res exigere id videbatur, ei, cui placebat, iura vicaria exercenda com-



a) Hoc, quod ex ratione aureae bullae iamiam probari poteſt, expreſſis verbis in Capitulationibus ſtatutum eſt: Capitulat de 1742 art. 3 §. 15. Gleichergeſtalt wollen wir die Vicarien des Reichs bey ihren Rechten der Verweſung des Reichs ſowohl nach Abſterben eines römiſchen Kayſers oder Königs als auch bey deſſen langwieriger Abweſenheit außer Reichs, oder wenn derſelbe durch andre Umſtände das Regiment ſelbſt zu führen gehindert werden ſollte, unbeeinträchtiget laſſen; et eiusd. Capitulationis art. 13 §. 9 nach Abſterben eines Kayſers, oder in deſſen Minderjährigkeit und langwieriger Abweſenheit außer Reichs.

mittebantur, vel interregno ipſi ſtatus in territoriis eorum, durante interregno iura ſummae poteſtatis exercebant. Paullatim autem obſeruantia Electori Saxonico et Palatino, huic, vt plurimi arbitrantur, occaſione dignitatis Comitis Palatii, illi dignitatis Archimareſchalli iura Vicariatus obuenerunt, eaque iura obſeruantia et conſuetudine iamiam acquiſita confirmata ſunt poſtea in aurea bulla et magis adhuc determinata. Nam antea ambobus Vicariis iura Vicariatus per totam Germaniam promiſcue competiebant ita vt vterque certorum negotiorum ſolus curam haberet: hoc vero cum multis controuerſiis et motibus anſam praeberet a Carolo IV. vtrique priuatiue Electori Saxoniae in terris iuris Saxonii et Electori Palatinatus in terris iuris Franconici iura Vicariatus attributa ſunt [b]). Ad prouincias iuris Saxonici autem referuntur non circuli Saxonici modo, ſuperior nempe et inferior, ſed etiam magna pars Weſtphaliae et comitatus Hennebergae quemadmodum ad terras iuris Franconici referuntur reliqui Germaniae circuli et praeter eos nonnulli adhuc principatus ac ciuitates Weſtphaliae [c]). Deinde etſi ſecun-

b) A. B. cap. 5. §. 1 et 2.

c) Ita enim fines diſtrictum Vicariorum in conuentione 1750 inter eos initia determinati ſunt: Das hohe Rheiniſche Vicariat, will ſich ins künftige bey ſeiner geheimen Reichs-Vicariats-Cantzeley, als bey ſeinem Vicariats-Hof-Gerichte aller Intimationen, Verfügungen, Erkenntniſſe und Expeditionen, wie die Nahmen haben, nicht allein in der ſonſt zum Fränkiſchen Creyße gerechneten Grafſchaft Henneberg, ſondern auch zu nach benannten im Weſtphäl. Creyße gelegenen Stiftern und Grafſchaften, nämlich dem Hochſtifft Paderborn, dem Hofſtifft Oßnabrück, der Abtey Corvey, den Grafſchaften Oldenburg und Delmenhorſt, Hoya, Diepholz, Pyrmonnt, Lippe, Schaumburg, Rittberg, und in denen andern anjetzt ſpecificirten Diſtricten gegen die Waſſer zu, und über dieſen Fluß dießeits gelegenen dem Rheiniſchen Vicariat nicht namentlich reſervirten Stiftern, Fürſtenthümern, Grafſchaften, Herrſchaften und Reichs-Städten, des Weſtphä-

ſecundum auream bullam non niſi Elector Palatinatus et Saxoniae munere Vicariorum fungi poſſe videantur, tamen poſt varias mutationes a tempore infauſti illius belli tricennalis in domo Palatina exortas res eo deuenit vt in prouinciis iuris Franconici et Bauaricus et Palatinus Elector Vicarii ſint. Poſtquam enim in Pace Weſtphalica Electoratus Palatinus ad Electorem Bauariae; Electoratus Bauaricus autem rurſus ſub initio huius ſaeculi ad Electorem Palatinum translatus fuit; multae controuerſiae exinde inter hos Electores intuitu vicariatus gerendi natae ſunt, poſt varias transactiones d) ita denique 1745 compoſitae vt alternatio

Weſtphäliſchen Creyſes, eben ſo wie es ſich von dem Ober- und Nieder-Sächſiſchen Creyſe und andern Orten, worüber bisher kein Zweifel geweſen, von ſelbſt verſteht, gänzlich enthalten; et paucis verbis intermiſſis: Gleichergeſtalt will das hohe Sächſ. Vicariat ſich hinführo ſo wohl bey ſeiner Geheimen Reichs-Vicariats-Canzley, als bey ſeinem Vicariats Gerichte ſich aller Vicariats-Intimationen, Verfügungen, Erkenntniſſe und Expeditionen, wie die Nahmen haben, nicht allein in dem Erz-Stifte Cölln, eben ſo wie es ſich von dem ganzen Chur-Rheiniſchen und Ober-Rheiniſchen Creyſe, worüber bishero kein Streit geweſen, von ſelbſt verſteht, ſondern auch in dem ſonſt zum Weſtphäl. Creyſe gerechneten Herzogthum Weſtphalen, dem Hochſtiffte Münſter, dem Fürſtenthum Minden, der Abtey Hervorden, der Grafſchaft Oſt-Frießland, wie auch denen Grafſchaften Ravensberg, Tecklenburg und Bentheim und in denen andern anjetzt ſpecificirten Diſtricten, gegen den Rhein zu, und über dieſen Fluß jenſeits gelegenen, dem Sächſ. Vicariat nicht nahmentlich in vorigem §pho reſervirten Stiftern, Fürſtenthümern, Grafſchaften, Herrſchaften und Reichs-Städten des Weſtphäliſchen Creyſes gänzlich enthalten. Quamuis hoc pactum nondum a ſtatibus confirmatum ſit, tamen Imperator in Capitulatione de 1764 art. 3 §. 19 obſtrictus eſt curare vt quam primum confirmetur.

d) Cum dux Bauariae, Maximilianus, proſcripto Electore Palatino, Friderico, Electoratum Palatinum obtineret, expreſſe quidem ei dignitas Vicariatus Palatin. ab Imperatore inueſtitura facta tribuebatur. Quia vero in I. P. O. art. 4 § 3, vbi Electoratus Palatini translatio ad Electorem Bauariae confirmabatur, nulla Vicariatus mentio facta erat,

natio inter eos in vicariatu getendo ſtabilita ſit. Iam progrediendum eſt ad iura ipſa Vicariorum, eaque multa ac praeclara eſſe ex eo ſatis apparet, quod eis iura Imperatoris competant. Nobiliſſimum omnium iurium eſſe arbitror iurisdictionem, quam vterque Vicariorum in ſuis quisque Vicariatus diſtrictu loco Imperatoris exercet, quippe Elector Saxoniae In prouinciis illis iuris Saxonici ius in ſuprema inſtantia dicit et Elector Bauaricus vel Palatinus in terris iuris Franconici. Quare, ſicuti Imperatores iure conſtituendi conſilium Imperiale aulicum gaudent, ita Vicarii, ceſſante ſub Vicariis Conſilio Imperiali aulico, iudicia Vicariatus quoque conſtituunt, quibus nomine Vicariorum, iurisdictio in prouinciis Vicariatus demandata eſt. Iudicii Vicariatus, quod a Sereniſſimo Electore Saxoniae conſtituitur, ea ratio eſt, vt conſiſtat ex tribus Conſiliariis aulicis, Referendario, Secretario et quibusdam Copiſtis ac Ingroſſiſtis, et vt denique certis diebus ad lites audiendas dirimendasque conueniat [e]). Cum iudicia Vicariatus in locum Conſilii Imperialis aulici ſubſtituantur, patet inde non modo

erat, Elector Palatinus hunc minime ſibi ademtum eſſe contendebat. Controuerſiae hinc inde exortae magis adhuc exardeſcebant, poſtquam Elector Bauariae, Emanuel, a. 1706. ab Imperatore Ioſepho proſcriptus fuerat, etſi in Pace Badenſi in integrum reſtitutus fuiſſet. Denique hae lites ita 1724 componebantur, vt Vicariatum per iudicium ab vtrisque conſtituendum communiter ſe geſturos eſſe Vicarii paciſcerentur. Status imperii autem hoc pactum, cum ſine eorum conſenſu initum eſſet et cum eo loco vnius Vicarii in terris iuris Franconici duos Vicarios introductos eſſe crederent, ratum habere detrectabant. Inde fiebat vt alternatio in exercitio Vicariatus Palatini conſtitueretur, quae 1752 in comitiis approbabatur a ſtatibus.

e) Staats-Secretarius 64 Theil 316 Blatt. Notandum eſt quod Cancellaria Vicariorum minime dependeat aut conſtituatur ab Electore Moguntino vt Cancellaria Conſ. Imp. aul., cum munus Archicancellarii huic Electori competens ſub Vicariis ceſſet.

modo omnes cauſſas in iudiciis iſtis diſceptari et tractari poſſe, quae in Conſilio Imperiali aulico alias tractari posſunt, ſed etiam lites in Conſilio aulico iam iam pendentes in iudiciis Vicariatus finiendas eſſe. Praeterea in iſtis lites eodem modo peragendae et decidendae ſunt, quo in Conſilio Imperiali aulico, quatenus modus eius procedendi legibus Imperii conformis eſt, peraguntur, et eadem quoque remedia ſuſpenſiua contra ſententias iudiciorum Vicariatus locum habent, quibus contra ſententias Conſilii Imperialis aulici vti licet. In iudiciis Vicariatus ergo non minus triplex illud proceſſuum genus, mandatorum, Citationis et appellationis nempe, obſeruandum eſt quam in iudiciis Imperii. Mandata ſine clauſ. non niſi factum nullo iure iuſtificabile commiſſum ſit, vel damnum irreparabile aut detrimentum reip. immineat vel periculum in mora ſit, vel alius huiusmodi caſus neceſſitatis id exigat, decerni poſſunt. In appellationibus recipiendis cauendum eſt, ne leges Imperii vel priuilegia Statuum laedantur, nec vllae querelae praeter querelas nullitatis vel iuſtitiae protractae ex iudiciis Statuum ab iis recipiendae ſunt. Tenentur Vicarii porro in cauſſis partium diuerſae religionis in iudicibus [f]) et

f) I. P. O. art. 5 §. 53. in fine: Caeſarea Majeſtas mandabit, vt non ſolum in iudicio Camerali cauſae Eccleſiaſticae vt et Politicae inter Catholicos et Auguſtanae Cofeſſionis Status vel inter hos ſolos vertentes, vel etiam quando Catholicis contra Catholicos ſtatus litigantibus tertius interueniens Auguſtanae Confeſſionis Status erit, et viciſſim, quando Auguſtanae Confeſſionis Statibus contra eiusdem Confeſſionis Status litigantibus tertius interueniens erit Catholicus, adlatis ex vtraque Religione pari numero Aſſeſſoribus diſcutiantur et iudicentur; ſed idem etiam in iudicio Aulico obſeruetur, huicque fini aliquot Auguſtanae Confeſſionis doctos et rerum Imperii peritos viros ex iis Imperii circulis, vbi vel ſola Auguſtana Confeſſio vel ſimul etiam Catholica viget Religio, adſciſcat, eo quidem numero, vt eueniente caſu paritas iudicantium ex vtraque religione aſſeſſorum obſeruari poſſit. Idem etiam quoad paritatem

et commiſſionibus [g]) ſeu auſtraegalibus ſeu aulicis, conſtituendis paritatem religionis obſeruare, et in cauſis ſubditorum contra magiſtratus vel Principes eorum non niſi praeuiis litteris informatoriis mandata decernere *), ſicuti contra ſententias eorum intra ſpatium quadrimeſtre remedia Syndicatus vel ſupplicationis interponere, permiſſum eſt [h]). Executiones ſententiarum quoque aliis demandari ab iſtis ac den Creysoberſten oder ausſchreibenden Fürſten eius circuli, in quo fieri debent nefas eſt, niſi hi moram nectant, et ſi executiones non aliter ac impenſis eorum, qui iſtas faciunt, effectuari poſſunt, curare debent vicarii, vt iſtae impenſae a reliquis circulis pro rata reſarciantur. C. O. C. III. t. 58. §. 3. et 5. Quamuis autem

tatem aſſeſſorum obſeruetur, quoties Auguſtanae Confeſſionis Status immediatus a mediato Catholico, vel immediatus Catholicus a mediato Auguſtanae Confeſſionis Statu iudicio conuenitur.

Obligatio Vicariorum paritatem religionis in iudicibus conſtituendis obſeruandi magis ex hac pacis Weſtphalicae ſanctione quam ex Ord. Conſ. Imp. aul. tit. 1. §. 2. diiudicanda eſſe mihi videtur, cum Ord. C. I. A. etſi in Capit. Caroli VII. approbata ſit, nondum tamen ſit in comitiis recepta, et multi praeterea dubitent, vtrum Vicarii ad Capitulationes adſtricti ſint nec ne.

g) I. P. O. art. 5. §. 1. Inter vtriusque religionis electores, Principes, ſtatus omnes et ſingulos ſit aequalitas exacta mutuaque, quatenus formae Reipublicae conſtitutionibus Imperii et praeſenti Conuentioni conformis eſt, ita vt quod vni parti iuſtum eſt, alteri quoque ſit iuſtum etc.

Ex hoc loco Pacis Weſtphalicae melius noſtra ſententia probatur, quam ex art. 51, quippe hunc de deputationibus nomine totius Imperii ordinandis tantummodo agere puto.

*) Hae litterae informatoriae vel ad Principes vel ad magiſtratus diriguntur, in iisque certum temporis ſpatium praefigitur intra quod Imploratus ad iſtas reſpondere tenetur, ni velit, vt precibus Implorantis deferatur et in contumaciam decernatur id quod ab hoc rogatum eſt. Viſit. Abſch. de 1713. §. 11. et Viſit. Mem. Iud. et Aſſeſſ. de 1586. princ. et §. 79.

h) I. P. O. art. 5. §. 54.

autem Conſilium Imperiale aulicum ſub Vicariis ceſſet, tamen iudicium Camerae, eis clauum tenentibus, ſubſiſtit, cum non a ſolo Imperatore ſed a Statibus ſimul et hocce modo a toto Imperio conſtituatur, etſi Camera auctoritate Vicariorum ius dicat et eo fine quoque commune Vicariorum ſigillum in expeditionibus, quae communi ſimul nomine fiunt, cameralibus adhibeat i). Hoc tamen



i) Probatur ex pacto inter Vicarios anno 1750. inito: All dieweilen auch die Erfahrung gezeigt, daß nach Erledigung des heil. Röm. Reichs über derer hohen Reichs-Vicariats-Siegel und Titel vor das Cammergericht zu Wetzlar, und ſonſt viele Zeit verlohren gegangen, ſo haben beyde hohe Reichsvicariate auch dieſen paſſum in Zeiten, und zwar auf eine ſolche Weiſe, die jedesmal bey allen Reichs-Verledigungen, und es möge das Rheiniſche Vicariat von dem hohen Churhauſe Bayern oder von dem hohen Churhauſe Pfalz, nach der verglichenen Alternation verwaltet werden, oder ſonſt die Umſtände obhanden ſeyn wie ſie wollen, unverändert ſtatt finden könne, zu reguliren dienlich erachtet, mithin Sich durch ihre obbemeldete bevollmächtigte Herrn Miniſters dahin verſtanden, daß bey jeden Interregno die Siegel, ſo vor das Cammergerichte zu Wetzlar an Ihro Churfürſtl. Gnaden zu Maynz, als des heil. Röm. Reichs Erz-Canzlern, zuzufertigen, bloß den doppelten Reichs-Adler, ohne Herz, Schilder, oder andern die Namen oder Inſignia derer hohen Reichs-Vicariorum andeutende Zeichen, und die generaliter eingerichtete Umſchrift: Sigillum Sacri Romani Imperii prouiſorum et vicariorum nebſt der Jahrzahl führen, mithin ſothane Siegel eigentlich nach denen von den bevollmächtigten Herrn Miniſters beſonders zu ſignirenden, der Titel aber, unter welchen beſagtes Reichs-Cammergericht die Zeit eines jedesmaligen Interregni hindurch verfüget mit den Worten: **Wir von Gottes Gnaden des heil. Röm. Reichs dieſer Zeit** Vicarii etc. entbiethen ꝛc. bekennen, fügen, ohne namentliche Benennung derer hohen Reichs-Vicariorum beſtehen, im übrigen aber gedachte, und bey einem jeden hohen Reichs-Vicariat verglichener Maaßen zu verfertigende drey Siegel, nicht minder von einem jeden hohen Reichs-Vicariate an Hochbemeldte Ihro Churfürſtl. Gnaden zu Maynz, überſchickt, dieſelben auch in denen an Sie dieſerwegen ergehenden Schreiben erſuchet werden ſollen, zu deren Ueberſendung nach Wetzlar alsdenn erſt, wenn ſolche Siegel von beyden hohen Reichs-Vicariaten bey ihnen eingekommen ſind, zu verſchreiben. In eodem pacto

ius circa Cameram Vicariis competere mihi videtur vt in ea tam Iudex, Procurator ac Aduocatus Fiſci et Quaeſtor ab iis conſtitui poſſint quam is qui ab Imperatore alias praeſentatur Aſſeſſor, cum hoc ad curam iudicii Cameralis conſeruandi pertineat, et Vicarii praeprimis rationem iudiciorum exercendorum et adminiſtrandae iuſtitiae habere obligati ſint [k]). Vt ad iudicia Vicariatus redeam, ſi opus eſt, vt ad rationem litis cuiusdam melius perſpiciendam acta Conſilii Imperialis aulici iudiciis Vicariatus extradantur, a Vicariis eo conſilio adeundus eſt Elector Moguntinus, vtpote Cancellarius Germaniae, et huius eſt curare, vt ſumtibus litigantium a Conſilio Imperiali aulico Vicariis, accepto documento receptionis, acta edantur, reddenda per Moguntinum nouo Imperatori intra ſex menſes a facta eius creatione. Denique quemadmodum contra ſtatum eum, qui crimen, in quod poena proſcriptionis vel alia poena criminalis ſtatuta eſt, commiſit, proceſſus in iudiciis Imperii inſtrui poteſt, ita quoque in iudiciis Vicariatus contra ſtatus reos verbi cauſa fractae pacis publicae vel alius eiusmodi criminis, proceſſum arbitror inſtrui poſſe in comitiis denique decidendum. Hocce ius Vicariis non modo propter poteſtatem, iurisdictionem loco Imperatoris exercendi, tribuendum eſt, ſed ipſa ratio ſalutis Germaniae

Vicarii quoque conuenerunt inter ſe relationes Camerae (die Berichte) in duplo ſemper expediri et ad quemlibet Vicarium ſeparatim exemplar earum mitti, vt et omnia, quae a Vicariis Camerae inſinuanda ſint, a quolibet Vicario ſeparatim inſinuari, praeuiis tamen factis communibus deliberationibus.

k) Recte itaque in interregno 1711 a Vicariis Baro de Ingelheim, Vicarius iudicis Camerae, et Magiſter Ordinis teutonici, iudex Camerae nominatus eſt, quamuis hic delatum munus recuſauerit, conf. Fabers Staats-Canzley tom. 17 p. 583 et tom. 18 p. 383 et Electa iuris publici tom. 3 p. 1065.

maniae durante interregno tuendae hoc exigere quoque mihi videtur, cum alias verendum eſſet, ne Status in mutua bella et mutuas interneciones inciderent. Praeter poteſtatem exercendi iurisdictionem ſuperiorem ad Vicarios ius primariarum precum etiam ſpectat, [l]) quod ab vnoquoque in ſui Vicariatus tractu exercendum eſt. Multi quidem ſub iure praeſentandi ad beneficia eccleſiaſtcia, his verbis enim aurea bulla vtitur, non ius primariarum precum Imperatoribus competens intelligendum eſſe arbitrantur, ſed ius Imperatorum praeſentandi ad praebendas quorundam Capitulorum. Cum verba aureae bullae vero generalia ſint, et ius primariarum precum ſub iure ad beneficia eccleſiaſtica praeſentandi omnino intelligi poſſit, nec denique noſtrum ſit diſtinguere, vbi leges non diſtinguunt, non video quommodo haec interpretatio defendi poſſit [m]). Minime autem ad hocce ius exercendum indulto papali, ſine quo ab Imperatoribus iſtud haud exerceri poſſe Papae contendunt, Vicariis opus eſſe puto, cum etiam ab Imperatoribus, ſi velint, ius primariarum precum ſine indulto papali valide exerceri poſſe cenſeam [n]). Namque olim nunquam non ſine eo exercitum eſt, et quamuis a temporibus Friderici III mos iſtud a Papis petendi introductus ſit, tamen hic mos non ex neceſſitatis opinione, ſed ex ratione humanitatis ac reuerentiae erga Papam inualuit. Quanquam



l) A. B. cap. 5. §. 1.

m) Apparet exinde Vicarios 1711 non contra leges ius primariarum precum ſibi arrogaſſe.

n) Ad. Cortreii repraeſentat. iur. primariar. precum ſine praeuio Pontificis aſſenſu competentis. Ioh. Mich. Griebner de precibus primariis Imperatorum ſine Pontificis indultu validis. Primariae preces enim ſunt reliquiae antiqui illius iuris Imperatorum beneficia eccleſiaſtica conferendi.

quam hoc ita ſit, tamen Vicarii in exercitio iuris primariarum precum iisdem legibus obſtricti ſunt, quibus tenetur Imperator, ita vt ſecundum pacem Weſtphalicam iſtud quidem in omnibus immediatis capitulis etiam Euangelicis et mixtis exercere poſſint, in quibus ab Imperatoribus ante pacem Weſtphalicam exercitum eſt, in mediatis vero Euangelicis vel mixtis eatenus tantum, quatenus id Imperator die I Ian. 1624 exercuit o). Num vero praeſentandus a Vicariis eiusdem religionis eſſe debet, cuius is fuit, in cuius locum praeſentatur? Cum haec regula Imperatoribus praeſcripta ſit, ea etiam a Vicariis ſeruanda eſt. Aureae Bullae porro maxime conſentaneum eſſe arbitror, comitia et deputationes imperii a Vicariis non modo continuari ſed etiam indici et ordinari, cum nulla res alicuius momenti p), ſine comitiorum conſenſu peragi poſſit, et neceſſitas multoties exigat, vt negotia per deputationes conficiantur. Sunt equidem, qui huic ſententiae contradicunt, quia in aurea bulla non expreſſis verbis iſtud ius vicariis tributum eſt; ſed poteſtatem Vicariorum ad expreſſa verba aureae bullae reſtringendam eſſe haud puto; cum ad mentem verborum et intentionem Imperatoris potius reſpiciendum ſit. Voluntas Imperatoris enim non fuit in aurea bulla poteſtatem Vicariorum ad eas ſpecies iurium reſtringere, quae ibi nominantur, ſed tantummodo iura quaedam Vicariorum, illuſtran-

o) I. P. O. art. V. §. 26 et 18.

p) Capitulat. 1742 art. 13. §. 9. Da nach Abſterben eines Kayſers in deſſen Minderjährigkeit und langwieriger Abweſenheit außer Reichs, denen Reichs-Vicarien die Ausſchreib- und Haltung eines Reichs-Tags, oder da dergleichen ſchon vorhanden, die Continuirung deſſelben ſtatt eines römiſch. Kayſers allerdings zukömmt, ſo ſollen dieſelben ſolchenfalls mit Anſetzung eines neuen Reichs-Tages nach obiger Vorſchrift ſich gleichfalls zu achten ſchuldig, die ſtehende comitia aber zu continuiren befugt ſeyn ꝛc.

illuſtrandae poteſtatis eorum cauſa recenſere. Hoc inde patet, quod multa iura in aurea bulla omiſſa ſint, quae non minoris momenti ſunt quam iura expreſſe ibi recenſita, vti ea, de qua agimus cura comitiorum, in quibus grauiſſima negotia, qualia pax et bellum, tractari debent. Omni prudentiae legislatoriae itaque contrarium foret, ſi Caroli IV. intentio fuiſſet iura Vicariorum ad ea iura reſtringere, quae ibi recenſentur; et cum eiusmodi quid minime, praeſertim a legislatore tam prudenti, ſapienti et cauto, vti Imperatore illo praeſumi poſſit, ſequitur exinde Vicariis omnia iura competere, quae iſtis vt adminiſtratoribus Imperii Germanici attribui poſſunt, quamuis in aurea bulla expreſſis verbis eis attributa haud reperiantur. Hoc cum veriſſimum ſit auctoritate Vicariorum et comitia haberi et Commiſſarium Principalem in Comitiis denominari q), et Deputationes ordinari quid quod Viſitationes Camerales adeo inſtitui poſſe cenſeo. Nec minus aurea bulla Vicariis tribuit poteſtatem inueſtiendi de feudis, exceptis ſolummodo feudis Principum et eis, quae olim Vanlehen appellati ſunt, ſub quibus non niſi feuda throni ſeu Regalia intelligi poſſunt r), quamuis Comites aliam aureae bullae mentem eſſe aſſerant. Etſi autem ex aurea bulla inueſtiturae a Vicariis factae coram nouo Imperatore renouandae eſſe videantur s), tamen et obſeruantia et legibus nouioribus haec obligatio Vaſallorum remiſſa eſt t). Praeter haec iura Vicariis multa alia

adhuc

q) Vnde quoque 1711. Cardinali de Lamberg a Vicariis dignitas Commiſſarii Principalis oblata eſt.

r) Capit. de 1711 et 1742.

s) A. B. cap. 5. §. 1.

t) Capit. de 1711 art. II §. 6. 7. Sollen und wollen Wir ſie, minderjährige, nach erlangter Majorennität zu anderweitiger Empfängniß ſolcher Lehen, und Regalien nicht anhalten, welche Meynung es auch

haben

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-420375-p0023-2

adhuc competunt vel obſeruantia acquiſita vel vi poteſtatis vicariae Imperium et Iura Imperatorum adminiſtrandi ad eos ſpectantia, vti ius concedendi priuilegia academiarum, impreſſoria, comitiuas [u]), collationes dignitatum, veniam aetatis etc. In Italia vero iura Vicariatus non exercentur a Vicariis Germaniae, ſed proprius huius regni vicarius obſeruantia conſtitutus eſt Dux Sabaudiae, qui iura Imperatorum durante interregno in Italicis prouinciis adminiſtrat, ita tamen, vt a Vicariis Germaniae eum tanquam Sub-Vicarium dependerc credam. Nam cum Italia ſubiecta ſit regno Germanico, neceſſe quoque eſt, vt Vicarius Italiae aliqua ex parte Vicariis Germaniae ſubordinatus ſit, idque probant etiam exempla Caroli Emanuelis et Victorii Amadaei, ducum Sabaudiae, ſub quibus 1619 et 1741 iura Vicariatus Germanici in Italia fortiter defenſa ſunt. Denique hoc addere mihi liceat, Vicariorum eſſe, ſimulatque neceſſitas Vicariatus ſuſcipiendi adſit, curare vt litterae patentes in territoriis Statuum affigantur, quibus omnes de neceſſitate Vicariatus ſuſcipiendi inſtruuntur et omnibus ſimul aequa exercendae a Vicariis iuſtitiae adminiſtratio promittitur.

## II.

### *De iure litigantium recurrendi a ſententiis ſummorum tribunalium ad comitia.*

Recurſum a ſententiis ſummorum tribunalium nihil niſi querelas eſſe eo fine ad comitia delatas, vt iniuſta quaedam alterutrius ſummi tribunalis ſententia corrigatur, inter omnes

haben ſoll mit denenjenigen Reichslehen, welche die Reichs-Vicarien verleihen können.

u) Sic Elector Saxoniae 1711 et Facultati Lipſienſi et Conſulibus ciuitatis Lipſienſis comitiuam minorem impertitus eſt. Schlegels-Notarius, p. 13 et 19.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-420375-p0024-7

omnes quidem conſtat; prius vero quam naturam et iuſtitiam eius ex legibus Imperii perpendam, ſecundum leges iuris naturalis eum ponderare mihi liceat. Ex idea illa iam iam praemiſſa apparet, in recurſu ſummos Germaniae Imperantes ab inferioribus adiri, cum in comitiis iura ſupremae poteſtatis ſimul cum Imperatore a Statibus exerceantur; et hac ex ratione eum non modo licitum eſſe, ſed etiam ſententias iudiciorum Imperii, recurſu facto, recte immutari poſſe non dubito. Nam vti ad ſummos vniuscuiusque Reipublicae moderatores omnis ratio atque cura adminiſtrandae iuſtitiae pertinet, et iudicibus ex iſtorum voluntate ſolummodo iuris dicundi poteſtas obuenit, ita eos, vi ſupremi Imperii, ſententias iudicum quoque, ſi id ex republica eſſe crediderint, corrigere poſſe Ius Naturae permittit. Rationes illae autem ex quibus recurſus ad comitia tanquam illicitus impugnatur, deſumtae ſunt ex R. I. N. x) § 165, vbi ſancitur, ne quis de ſententiis ſummorum tribunalium in aliis, quam in quibus ex legibus Imperii permiſſum ſit conqueratur iudiciis; et Capit. de 1711 art. 16 y) § 6 in qua ſtatuitur, ne de cauſis in iudiciis imperii diſceptatis et deciſis iamiam aliter ac per modum reuiſionis vel ſupplicationis de nouo cognoſcatur. Sed, quod ad Receſſum allegatum, priusquam iſte pro aduerſariorum

x) R. I. N. § 165. Ein jeder ſoll, wenn er ſich ob des Cammer-Gerichts-Decreten beſchwert zu ſeyn vermeynet, ſolches an andre Orte, als wo ſichs nach Inhalt der Reichs-Satz-und Ordnungen gebühret zu ziehen und anzubringen, ſich gänzlich enthalten.

y) Capitulatio Caeſar. (1711) art. 16. § 16. Was auch einmal in unſerm Reichs-Hofrath oder Cammer-Gericht in iudicio contradictorio cum debita cauſae cognitione ordentlicher Weiſe abgehandelt und geſchloſſen iſt, dabey ſoll es fürderſt allerdings verbleiben, und nirgend anders, es ſey denn durch den ordentlichen Weg der Reviſion oder Supplication, von neuen in Cognition gezogen werden.

riorum ſententia tuenda poteſt afferri, demonſtrandum eſt, comitia inter ea loca referenda eſſe, in quibus de ſententiis ſummorum tribunalium conqueri non liceat, cum Receſſum illum de iudiciis Papalibus potius intelligendum eſſe cenſeam [z]). In capitulatione autem hoc tantummodo cauetur ex mea ſententia, ne cauſae in iudiciis Imperii diſceptatae ad iudicia Imperatoris territorialia trahantur. Hanc mentem Capitulationis eſſe inde colligo, quod Electores in Capitulationibus ſuis et reliquorum ſtatuum iuribus proſpecturi praeprimis prouidere velint, ne Imperatores plus iuſto ſibi tribuant, quippe ex hac ratione praeſumendum eſt, eos verbis illis cauere voluiſſe, ne Imperatores poteſtatem de cauſis ſtatuum in propriis iudiciis cognoſcendi ſibi arrogent [a]). Deinde neceſſe quoque eſt, vt, ſi aliter ſtatuas, contendas Imperatorem et ſtatus in Capitulatione iuri cuidam vi ſummae poteſtatis, vt ſuperius de iure ſententias iudicum mutandi iamiam probatum eſt, iis competenti renunciaſſe, quod non veroſimile eſt nec praeſumi poteſt. Quicquid autem dicant, omnia dubia tollere puto Capitulationis (1742) art. 17. §. 3. 4. 5. vbi Imperatores atque Electores inter ſe conueniunt, daß der Kayſer

z) Rem illuſtrat eiusdem R. I. N. paragraphus antecodens, in quo prohibetur ne quis, ſi ſententiis ſummorum tribunalium ſe grauatum eſſe credat, iudicia Papalia eo conſilio adire audeat, vt grauamina illata ab iſtis tollantur. Ad hanc prohibitionem locum citatum Capitulationis quoque aliqua ex parte ſpectare haud abſonum eſt.

a) Egregie hanc ſententiam probat Capitul. Caeſarea Franciſci I. art. 16 §. 12; vbi haec verba: Auch wollen wir nicht geſtatten, verhangen oder zugeben, daß andere unſre Räthe und Miniſtri, wie die Namen haben mögen, insgeſammt oder jemand derſelbe ſich in des Reichs-Sachen, welche vor den Reichs-Hofrath gehören, einmiſchen oder darinn auf einigerley Weiſe denſelben eingreifen, vielweniger mit Befehlen beſchweren, oder irren, oder ihm in cognoſcendo vel iudicando oder ſonſt in einige Wege Maaß und Ziel geben.

Kayſer denen ad comitia genommenen recurſibus Ziel und Maaß zu ſuchen ſetzen ſolle. Nam ex his verbis ſatis ſuperque clarum eſt, recurſus non pro illicitis declarari, ſed tacite potius tanquam licitos agnoſci [b]). Quomodo enim exiſtimari poteſt Imperatorem recurſus ſuſtuliſſe, cum reſtringere eos et intra limites arctiores reuocare tantummodo pollicitus ſit? Multi denique iuſtitiam recurſus exinde praeterea defendere conati ſunt, quod comitia in locum iudicii Principum priſcorum temporum ſuffecta ſint, id quod autem nullius momenti eſſe cenſeo, cum iſtud iudicium longe differat a comitiis, quippe in his non lites tractantur, ſed de ſalute Germaniae regulariter tantum conſilia capiuntur et legibus ferendis. Quamuis autem nullis legibus hactenus recurſum ad comitia ſublatum eſſe iudicem, tamen cum multos eo remedio contra iudicata ſummorum tribunalium abuti ICti praxeos peritiores dicant, maximopere exoptandum eſt, vt recurſus ad comitia vel plane interdicantur, vel intra limites anguſtiores redigantur, praeſertim cum intuitu Camerae fore, vt certus Viſitationum ordo conſtituatur [c]) ſpes maxima adſit.



b) Exemplis quoque noſtra ſententia probari poteſt. Nam ſaepius factum eſt, vt de recurſibus, quibus Status Imperii vſi ſunt, in comitiis deliberatum ſit. Si vero deliberationes factae effectu caruerunt, cauſa non in eo, quod recurſus illiciti ſint, quaerenda eſt, ſed plerumque in diſſenſu ſtatuum intuitu obiecti recurſuum. Sic accidit in cauſa Electoris Palatini contra Barones de Göler intuitu Dynaſtiae Zwingenberg, in cauſa Landgrauiorum Haſſiacorum intuitu Comitatus Hannouiae, et in multis aliis adhuc recurſibus.

c) Nam cum nullae plane Viſitationes multos per annos factae ſint, ideoque partes litigantes ordinario reuiſionis remedio contra ſententias Camerales fuerint deſtituti, non potuit non fieri, vt ſaepe Status in litibus coram iudicio Camerali tractatis extraordinario recurſus remedio vſi ſint.

## III.

*De iurisdictione ſuperiori ſummis tribunalibus Imperii in cauſis eccleſiaſticis Evangelicorum non competente.*

Quamuis eccleſiae multa per ſaecula iurisdictione eccleſiaſtica ſuperiori aeque ac inferiori ornatae fuerint, tamen ſunt Iure Conſulti, qui ad Imperatorem et quae nomine iſtius ac Imperii ius dicunt, ſumma Germaniae tribunalia poteſtatem de cauſis eccleſiaſticis Euangelicorum in ſuperiore inſtantia cognoſcendi ſpectare aſſerunt. Etenim cum Euangelici, ſacris Catholicorum duce Luthero derelictis, nouam, vti ſibi perſuaſum habent, conſtituerint ſocietatem, intuitu eorum quoque iurisdictionem Imperatoris reuiuixiſſe contendunt [d]), quippe iſti

d) Praeter hoc argumentum, quod ſpecioſiſſimum mihi eſſe videtur, aduerſarii pro ſententia contraria tuenda hoc quoque adhuc afferunt, quod iurisdict. eccleſiaſt. Statibus Euangelicis vi ſuperioritatis territorialis competat. Ex hac cauſa enim iurisdictionem eccleſiaſticam eorum ſummis Imperii tribunalibus ſubordinatam eſſe concludunt, cum intuitu ſuperioritatis territorialis eis ſubordinati ſint. Ioh. Tob Cramer de eo quod iuſtum eſt circa appellationem a Statibus Imperii Euangelicis ad Imperatorem in cauſis eccleſiaſticis. Iurisdictionem eccleſiaſticam autem vi ſuperioritatis territorialis Statibus Euangelicis competere probari poſſe arbitrantur ex I. P. O art. V. §. 1. Sed in art. V. non de iurisdictione eccleſiaſtica, ſed iure reformandi, nec de Statibus Euangelicis ſolis, ſed de Statibus in genere agitur, vti etiam in art. 8 generaliter de Statibus eorumque iuribus ſtatuitur. Quemadmodum autem ex Pace Weſtphalica haud demonſtrari poteſt, iurisdict. eccleſiaſticam Statuum Euangelicorum pro annexo ſuperioritalis habendam eſſe, ita hoc etiam aliunde probari nequit, cum omnis poteſtas Laicorum et principum in ſacris, praeter ius circa ſacra, longe ante reformationem factam iis iamiam erepta fuerit. Hiſtoria reformationis potius luculentiſſime docet, iurisdictionem eccleſiaſticam a Statibus Euangelicis vi delationis ab eccleſiis iis ſubiectis factae acquiſitam eſſe, quippe vel expreſſe in comitiis prouincialibus a ſubditis delata eſt, vel tacite approbantibus eis facta Principum, qui anguſtiis et periculis eccleſiarum

iſti in omnibus cauſis, niſi exemtio doceri poſſit, ius in ſuprema inſtantia ſtatuendi haud abnegari queat. Si autem verum eſt, id quod omnes verum eſſe conſentiunt, iurisdictionem eccleſiaſticam et inferiorem et ſuperiorem, antequam Euangelici a Catholicis in diuerſam partem abierint, ad eccleſiae iura pertinuiſſe, non intelligo quibus ex cauſis a Proteſtantibus, poſtquam doctrinas Lutheri ſequuti ſint, ad Imperatorem iurisdictionem ſuperiorem reuerſam eſſe demonſtrare poſſint. Nam qua ratione quaeſo iſta ab Imperatore acquiſita dici poteſt, cum nec Euangelici ad Imperatorem eam tranſtulerint, nec illi, reformatione facta,

 conſti-

cleſiarum commoti curam et regimen earum ſuſceperant. Veritas huius ſententiae ſatis ex actis comitiorum prouincialium et Ordinationib. eccleſ. ſingulorum territoriorum apparet. Conf. Ord. eccleſ. Duc Luneb. Iulii de 1594, Ord. eccleſ. Electoris Brandenb. Ioachimi de 1540 etc. Io. Vlr. de Cramer de iure circa ſacra collegiali et maieſtatico, et Wieſenhauerns Grundſätze des Kirchen-Rechts der Proteſtirenden. P. I. c. V. Intuitu Saxoniae conſenſus eccleſiarum in iis, quae ab Electoribus in cauſis eccleſiaſticis geſta ſunt, praeclare probatur ex Ord. eccl. de 1580 et iis quae 1541, 1542 et 1543 de fundationibus eccleſiaſticis ſaeculariſatis, 1547 de noua ſchola prouinciali erigenda, 1548 de illo Imperat. Caroli V. edicto, quod vulgo das interim nominatur, et 1552 de deputatis ad Concilium Tridentinum mittendis in comitiis prouincialibus acta ſunt. Müller in annalib. Saxonicis. Praeterea, ſi non ex conſenſu et delatione ſubditorum iurisdictio eccleſiaſtica Statibus in Euangelicis obuenerit, ſed vi ſuperioritatis territorialis ab iis exerceatur, quid dicendum erit de iis ciuitatibus municipalibus, quae ipſae iurisdictionem eccleſiaſticam exercent, vti Luneburgum, Stralſundum et Stada, quamuis eam haud impetrarint a Principe? Patet ex his omnibus Status Euangelicos non vi ſuperioritatis territorialis ſed vi delationis ab eccleſiis factae iurisdictionem eccleſiaſticam exercere; exinde vero ſequitur, quod iſtis in ea qualitate competat, in qua, priusquam reformatis eccleſiis ad Principes delata eſt, eccleſiis competiit; et cum ante reformationem factam Imperatori in cauſis eccleſiaſticis nulla plane iurisdictio ſuperior competierit; apparet Imperatori poſt reformationem quoque eam haud competere poſſe.

conſtituerint vniuerſitatem alienam a priori, quae iſto iure gauiſa fuit? Hoc quidem negari haud poteſt, Proteſtantes vinculis eccleſiae Papalis ruptis in partibus Catholicorum haud amplius perſtitiſſe, ſed clarum tamen quoque eſt eos non minus poſtea fuiſſe corpora eccleſiaſtica, quam ante factam a Catholicis diſceſſionem. Nihil itaque etiam tam naturale eſt, quam Euangelicos iurisdictionem eccleſiaſticam ſuperiorem vti inferiorem retinuiſſe, cum vtraque ante factam reformationem eccleſiis tanquam corporibus eccleſiaſticis competierit. Nunquam enim doceri poteſt, iurisdictionem eccleſiaſticam ab eccleſiis, quatenus pro membris eccleſiae Catholicae haberi poſſint, tantum acquiſitam eſſe, et omnem poteſtatem iudiciariam in cauſis ſacris pro iure eccleſiarum potius habitam fuiſſe inde ſatis patet, quod eo tempore, quo Euangelici excuſſo illo ſeruitutis ſacrae iugo a Catholicis ſeſe ſeparaverint, Imperatores nullo plane, quantum ſcio, modo huius rei cauſa ſibi proſpexerint. Namque non vllum verbum nec in pace Religioſa nec Weſtphalica reperies, quo Imperatores ſibi partem quandam iurisdictionis in cauſis Euangelicorum aſſeruerint, etſi hae pactiones ad iura eorum intuitu Proteſtantium conſeruanda tuendaque non minus tendant, quam ad iura horum determinanda. Vnice agitur ibi de iurisdictione Epiſcoporum et Archiepiſcoporum Catholicorum ſuſpendenda [e]), quae cum perueniſſet ad iſtos, vt obiter

e) Pax Religioſa §. 20 et I. P. O. art. 5. §. 48. vbi haec verba: Ius dioeceſanum et tota iurisdictio eccleſiaſtica cum omnibus ſuis ſpeciebus contra Auguſtanae Confeſſionis Electores, Principes ſtatus comprehenſa libera Imperii nobilitate eorumque ſubditos tam inter Catholicos et Auguſtanae confeſſioni addictos, quam inter ipſos ſolos Auguſtanae confeſſionis ſtatus vsque ad compoſitionem Chriſtianam diſſidii religionis ſuſpenſa eſto.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-420375-p0030-1

obiter quae mea ſit ea de re ſententia dicam, tanquam praefectos eccleſiae, iis ab eccleſiis quoque, mutatis priſtinis inſtitutis, vi iuris et poteſtatis collegialis rurſus adimi poterat. Num autem veroſimile eſt, Imperatores hanc, cum de conditionibus pacis illius Religioſae et Weſtphalicae paciſcerentur, occaſionem iurisdictionem eccleſiaſticam ſuperiorem in Euangelicos ad eorum tribunalia reuocandi praetermiſſuros ac neglecturos fuiſſe, ſi eam ſibi vindicari poſſe crediidiſſent? Praeter has rationes paritas quoque inter Euangelicos et Catholicos in Germania ſtabilita [f]) exigit, ſummis Imperii iudiciis nullam prorſus iurisdictionis partem in cauſis eccleſiaſticis attribui poſſe, vtpote tunc conditio Euangelicorum deterior foret quam Catholicorum, qui in cauſis eccleſiaſticis nullos nec inferiores nec ſuperiores iudices niſi Epiſcopos, Archiepiſcopos ac iudicia Papalia agnoſcunt. Nec denique etiam querelas nullitatis vel iuſtitiae protractae in cauſis eccleſiaſticis ad Cameram Imperialem vel iudicium aulicum deferri poſſe ex iſtis rationibus cenſeo [g]), quia hae non modo ante factam reformationem in iudiciis Imperii inſtitui non potuerunt,

f) I. P. O. art. V. § 1.

g) Inde 1713 a Viſitatoribus Euangelicis per commune concluſum Euangelicis Aſſeſſoribus iniunctum eſt, vt eiusmodi cauſis abſtineant, ex hac ratione: Geſtalten denn einige, geiſtliche Sachen der A. C. Verwandten, wegen angezogenen Nullitäten, auch zuweilen hierunter Ehe-Sachen auf gewiſſe Maaße vorzunehmen und zu erörtern, zwar für unbedenklich gehalten, hingegen aber dergleichen die Römiſch-Catholiſchen betreffende Sachen daſelbſt, weder ex capite nullitatis, noch ſonſt aus Mangel gegründeter Jurisdiction angenommen, und alſo hierdurch die Regel unter beyderſeits Religions-Verwandten in ſolchen Sachen Gleichheit zu halten der Gebühr nicht beobachtet. Fabers Staats-Canzley tom. 26. § 121. Hoc Viſitatorum concluſum a Corpore Euangelicorum quoque approbatum eſt. Faber l. c. tom. 27 p. 130.

runt, ſed etiam quia id paritati religionis in Pace Weſtphalica inter Catholicos et Euangelicos conſtitutae aduerſatur.

## IIII.

*De foro appellationis in cauſis feuda extra territorium domini directi ſita concernentibus.*

Vtrum in lite feudum extra curtem concernente a curia domini directi appellandum ſit ad fora ſuperiora domini territorialis an domini directi dubium eſt: alii hanc alii illam ſententiam tuentur, et multae iamiam diſcordiae inter ſtatus Imperii exinde natae ſunt. Domini directi, quia appellatio dirigenda ſit ad iudicem eum, cui iudex a quo ſubordinatus ſit, contendunt ad eorum iudicia appellandum eſſe; domini territoriales autem vi ſuperioritatis territorialis ſibi hocce ius aſſerunt, et ſi quid videam horum ius fortius eſſe putarim. Leges iuris Longobardici quidem illorum ſententiae fauere videntur, cum vnicuique domino directo, qui in genere iurisdictione ordinaria iamiam pollet, iurisdictionem non voluntariam modo ſed contentioſam quoque in cauſis feudalibus attribuunt [h]; has leges vero non modo de prima inſtantia tantum diſponere, ſed etiam intuitu ſtatuum Imperii Germanici prorſus inualidas eſſe arbitror. Nam cum ſinguli ſtatus ſuperioritate territoriali gaudeant, ſanctiones illas, quae de Lombardia, vbi omnis iurisdictio et ſuperioritas territorialis vnice ad Imperatorem ſpectauit [i]), conditae ſunt, ad Proceres Germaniae applicari

h) I. F. 18. II. F. 15. 16. 34. pr. 39. 46. et 55.

i) II. Feud. 56. Regalia armandiae, viae publicae, flumina nauigabilia et ex quibus fiunt nauigabilia, portus, ripatica vectigalia, mulctarum poenarumque compendia, bona vacantia, et quae vt ab indignis auferuntur legibus niſi quae ſpecialiter conceduntur, bona contrahentium inceſtas nuptias, condemnatorum et proſcriptorum, ſecundum

cari non poſſe in aprico poſitum eſt. Vi ſuperioritatis territorialis enim omnis iurisdictio vniuscuiusque territorii domino eius territoriali ſoli competit, nec quisquam iurisdictionis partem quandam in alieno territorio exercere poteſt, niſi hocce ius ſpeciali titulo vti conuentione, teſtamento aut praeſcriptione immemorali a domino acquiſiuerit. Patet ex his principiis, iurisdictionem feudalem in feudo extra curtem ſito in inferiore inſtantia ne quidem ei ſtatui, ad quem feudum pertinet, ſeu domino directo tribui poſſe, ſi ab eo probari haud queat, ſe vel praeſcripſiſſe eam vel ex pacto et conſenſu nactum eſſe. Si quis vero in poſſeſſione iurisdictionis feudalis ſit, quocunque titulo eam impetrarit, minime ſequitur exinde iurisdictionem feudalem in ſuperiore inſtantia quoque ei propterea tribuendam eſſe, cum a iure in inferiore inſtantia cauſas pertractandi ad ſupremam inſtantiam nulla omnino valeat conſequentia. Quis enim nobilibus iis, vt exemplis ſententiam meam illuſtrem, qui iurisdictione patrimoniali gaudent, ius forum appellationis conſtituendi ideo attribuere poterit, quia ius in inferiore inſtantia cognoſcendi eis competat? Verum quidem eſt, appellationes ad ſuperiora iudicia et quidem ad ea, quibus iudicium a quo ſubordinatum eſt, dirigendas eſſe, ex hac ratione autem domini directi ius in Cancellariis, quibus curiae feudales eorum alias ſubordinatae ſunt, appellationes recipiendi ſibi aſſerere minime poſſunt, ſi quidem nondum probatum eſt Cancellarias,

dum quod in nouis conſtitutionibus cauetur, angariarum, parangariorum, plauſtrorum et nauium praeſtationes et extraordinaria collatio ad feliciſſimam Regalis numinis expeditionem, poteſtas conſtituendorum magiſtratuum ad iuſtitiam expediendam, argentariae et palatia in ciuitatibus conſuetis etc. pertineat.

larias, eorum intuitu feudorum extra territorium ſitorum iudicia ſuperiora eſſe. Contra cum dominis territorialibus vi ſuperioritatis territorialis eorum et vi ſupremae inſpectionis in exercenda iurisdictione ius lites ſubditorum in ſuperiore inſtantia pertractandi, quatenus id ad alios non transtulerint, in genere competat; in feudo extra curtem non ad iudicia domini directi ſed territorialis appellandum eſſe cenſeo, ni dominus feudi ſe iurisdictionem ſuperioris inſtantiae quoque acquiſiſſe demonſtrare queat. Num vero idem quoque locum habebit in feudis extra curtem eo tempore iam iam conſtitutis, quo ſuperioritas territorialis nondum a Statibus acquiſita fuit? Et hoc affirmare non dubito, quippe longe ante acquiſitam ſuperioritatem territorialem praeter multas Regalium partes etiam iurisdictionis et inferioris et ſuperioris adminiſtratio, inueſtiturae, donationis, venditionis vel alio titulo dominii translatiuo tanquam ius proprium ad ſtatus ad Imperatore tranſierit.

## V.

### *De his, quibus munus Praefecti Circuli* (eines Creyß-Oberſten) *ſuſcipere licet.*

Secundum Rec. Imp. de 1555 §. 57 non modo ad quemlibet circuli Statum et ad ipſos adeo directores honos praefecti circuli deferri poteſt, ſed etiam omnis, qui idoneus eſt, cui hoc munus committatur, ſecundum Receſſ. allegat §. 56 eligi poteſt Praefectus, quamuis non ſit in numero eorum Principium, qui ad Circulum, in quo electio inſtituenda eſt, pertinent. Etſi vero hoc in arbitrio vnius cuiusque circuli poſitum ſit, tamen in lege illa, quae ſub nomine der Erklärung des Landfriedens factae 1522 a Carolo V venit, tit. 5. expreſſis verbis prohibetur, ne clericus

cus hancce dignitatem ſuſcipiat [k]), quia iuxta doctrinas eccleſiaſticas clericum ab omni re militari alienum eſſe decet. Hoc quidem Ludewig ad A. B. tit. 19 §. 1. pag. 102 hodie nullum locum habere poſſe putat, cum Epiſcopi in Germania intuitu feudorum Imperii ad eos ſpectantium perſonam et dignitatem ſaecularem ſuſtineant, et Rec. Imp. citat. §. 58. Praefectorum circuli voluntati reliquerit vtrum ipſi munus ſuſceptum gerere, an per alium gerendum curare velint, ſed falſa mihi ſententia eius eſſe videtur. Nam cum die Erklärung des Landfriedens generaliter caueat ne praefectus Circuli ſit clericus, et iis temporibus, quibus hoc ſancitum eſt, non modo Epiſcopi poſſederint iam iam feuda Imperii, ſed etiam rec. ille imp. de 1555 iis, qui munus praefecti circuli ſusceperunt, facultatem per ſubſtitutum iſtud adminiſtrandi ſolummodo dat, minime vero iis, quos praefectos circuli creari hactenus nefas fuit, ius iſto honore fruendi tribuit, clarum eſt exceptionem iſtam legibus contrariam eſſe. Sed poteſt tamen, quod etiam in der Erklärung des Landfriedens de 1522 prohibitum fuit, ex rec. imp. de 1555 §. 56 clericis munus eines Creys-Zugeordneten deferri, et cum his, ſi ipſe praefectus circuli officio ſuo praeeſſe non poſſit, aut ei ſatisfacere nolit, munus praefecti ſubire liceat, clerici ex hac cauſa certe; idonei eſſe videntur, qui honorem praefecti nanciſci poſſint. Verum enim vero, in citato illo §. minime expreſſe clericis ius munere eines Zugeordneten fruendi tribuitur, ſed generaliter tantum ſancitur, vt die Zugeordneten viri idonei ſint,

 et

k) Per verba: Und ſoll ein jeder der jetzt gemeldeten Creyſe inſonderheit alsbald einen Hauptmann, der ein Fürſt, Freyherr oder ſonſt in trefflichen und weltlichem Stand auch in ſolchen geſchickt und fleißig ſey, erwählen.

et iſto honore digni. Quare ſanctione hac generali et indeterminata ſpecialem illam, qua clerici pro incapacibus, vt ita dicam, muneris eines Zugeordneten declarantur ſublatam eſſe, quomodo contendi poſſit non video, et non obſtante hoc argumento contendendum potius eſſe puto munus praefecti circuli clericis committi non poſſe. Praxis etiam et obſeruantia noſtrae opinioni fauent, ſi quidem cum anno 1581 Principes eccleſiaſtici Circuli Franconici Epiſcopum Bambergenſem denominare voluerint Praefectum circuli, controuerſia hinc inde inter Principes eccleſiaſticos et ſaeculares nata ita deciſa eſt, vt Epiſcopus ille a munere Praefecti arceretur. Praeterea ſanciunt leges imperii, ne is, qui dignitatem iſtam ſuſcipere velit, alii praeter Imperatorem vel ſubiectionis vel vaſallagii vel aliis huiusmodi vinculis obſtrictus ſit [l]). Ex hac ratione quoque Imperator Ferdinandus II. cum anno 1625 Rex Daniae electus eſſet Praefectus Circuli Saxoniae inferioris, non modo hanc electionem ratam habere detrectauit, ſed etiam irritam et illegitimam eam eſſe declarauit [m]). Obſeruantia tamen

l) R. I. de 1555. §. 59. Auch ſollen die Obriſten, ſo ein Creys ihm ſeines Gefallen beſtellen wird, zuvor und ehe ſie obgeſetzte Pflicht den Creyſen thun, aller andern Pflichten, Eyden, Verbündniſſen, Verſprechniſſen, und Obligationen, wie die genannt werden, oder ſich verhalten möchten, gegen wem das wäre, kein andere weder allein die Pflicht, damit ſie der Röm. Kayſerl Majeſtät und heil. Reich zugethan und verwandt ſind, hierinnen ausgenommen und vorbehalten ledig gezählt ſeyn.

m) Summa declarationis factae haec fuit: Daß gleichwohl, da Dännemark von vielen undenklichen Jahren bey dem Hauſe Hollſtein geweſen, kein König, ſo viel er ſich habe erinnern und berichten laſſen, ſich mit dem Creys-Obriſten Amte habe beſchweren laſſen, alsdann auch die Reichs-Conſtitutiones ſolch Amt demjenigen aufzutragen verordneten, ſo ſich mit Pflichten allein dem Röm. Kayſer als des

tamen hoc fere receptum eſſe videtur, ſi hiſtoriam circulorum inquiras, vt quilibet munus Praefecti circuli ſuſcipere poſſit, ſi ſtatus Imperii ſit. Litterae illae a Rege Daniae ad Ferdinand. II. miſſae, in quibus facta electio exemplis conſuetudinem contrariam demonſtrantibus egregie defenditur [n]), ſatis hoc probant.

## VI.

### *De incompetentia ſummorum iudiciorum Imperii in cauſa diuerſorum ſubditorum litis conſortium.*

Cum plures litis conſortes in foro ſuperiori tanquam communi eorum conueniendos eſſe ius Romanum ſancire videatur, multi iurisdictionem ſummorum Imperii tribunalium propter continentiam cauſae in omnibus litigiis, ſi rei diuerſis ſtatibus ſubiecti ſint, fundatam eſſe contendunt. Sed quantum ego video, haec quorundam Iure conſultorum nimis iuri Romano fauentium ſententia, etſi legibus Romanis eam conuenientem eſſe haud negare velim [o]),

 tamen

heil. Reichs-Oberhaupt und dem Creyſe zugethan und ſonſten keiner andern Verpflichtung ſich unterworfen befinde. Pfeffinger I. 2. tom. 6. §. 14. n. a.

n) Rex Daniae hoc nempe reſpondit, daß ſein Herr Grosvater Chriſtianus III. als König in Dännemark anno 1556 zum Creys-Oberſten erwählet worden ſey, und ſich darauf ſchwerlich hätte losmachen können, wie auch, daß ſein Herr Vater Adolphus zu Schleßwig-Hollſtein, welcher theils dem Kayſer, theils auch der Cron Dännemark zugethan geweſen, dieſes Amt vertreten; desgleichen die Marggrafen zu Brandenburg ſeyn wegen der Preuß. Lehen dem Königreiche Pohlen verwandt, und würden dannenhero nicht verhindert an Creys-Oberſten oder Reichs-Aemtern in Fränkiſchen Creyſen. Limnaeus tom. I. Lib. I. cap. 7 n. 34.

o) Satis enim probari poteſt ex l. 1 et 2 ff. de quibus rebus ad eund. iudicem eatur et l. 9. C. 1. arbitr. tutelae; L. 10. C. de iudiciis vero, quae plerumque etiam profertur in hac cauſa, non de noſtro caſu continentiae cauſarum, ſed de petitorio in foro poſſeſſorii pertractando agere mihi videtur.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-420375-p0037-9

tamen Imperii noſtrique iuris publici principiis maxime contraria eſt. Nam quamuis ſecundum ius Romanum contra plures litis conſortes in foris ſuperioribus agi debeat, attamen hoc in Germania propter diuerſam eius ab Imperio Romano conditionem nullum plane locum habere poſſe arbitror. Ius Romanum enim cum ius peregrinum ſit, eatenus modo in patria noſtra receptum eſſe dici poteſt, quatenus eius ſtatui non repugnat, et cum iurisdictio ſtatuum Imperii non perſonalis et vicaria ſit, vti iurisdictio Romanorum iudicum, ſed realis et propria, vim nullam iſtud intuitu harum ſanctionum habere poſſe apparet. Illegitimos itaque illos Camerae Imperialis et iudicii aulici conatus eſſe puto, quibus ob continentiam cauſae ius in litibus diuerſis ſtatibus ſubiectorum ciuium cognoſcendi ſibi vindicare ſtudent, praeſertim cum ipſae leges imperii multis ſanctionibus caueant, ne ſubditi iurisdictioni ſtatuum ſubtrahantur [p]). Hoc enim fieri quilibet videt, ſi Imperii tribunalia reos plures propter cauſae continentiam ex iudiciis dominorum territorialium euocare conantur, cum ſinguli in ſuo quisque foro conueniri poſſint. Quid autem ad dubium illud, quod ex legibus expreſſis Imperii mediatus propter continentiam cauſae tunc [q]), ſi cum imme-

p) C. O. C. II. 5. §. 2. es ſoll ein jeder dem Reiche ohne Mittel nicht, ſondern anderer Herrſchaft Gericht gehörig bey demſelben ſeinem ordentlichen Richter bleiben. p) Capit. Caeſar (1519) art. 18. §. 3. 4. Wir wollen derer Reichsſtände Unterthanen im Reiche mit rechtlicher oder gütlicher Tageleiſtung von ihren ordentlichen Richtern nicht dringen, erfordern oder vorbeſcheiden.

q) C. O. C. II. 9. pr. et §. 1. Gleichermaßen wenn einer, ſo vermöge der Reichsordnung vor die Austräge gehörte, mit andern ſeinen Unterthanen und Dienern zu beklagen, ſollen die Austräge nicht ſtatt haben, ſondern ſoll unſer Kayſerliches Cammergericht ob continentiam cauſae darunter anzulangen ſeyn.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-420375-p0038-5

immediato ſimul conueniendus ſit, in iudicia Imperii vocari queat? Graue quidem hoc dubium eſſe videtur, ſed ſi rem paullo accuratius perpendimus, in loco illo Ordinationis Cameralis de Auſtraegali Statuum inſtantia et ſingulari plane caſu, eo nempe ſi contra ſtatum et eius ſubditum ſimul agendum ſit, caueri deprehendimus. Et a diuerſis ad diuerſa non modo non valet conſequentia, ſed omnis exceptio quoque, pro qua iſte caſus non poteſt non haberi, ſtrictiſſime eſt interpretanda; praeſertim cum in hoc caſu ex ratione illa ſingulari in Ordinatione Camerali ſine dubio exceptio facta ſit, quia recta iuſtitiae adminiſtratio ſperari nequit, ſi mediatus in iudiciis domini territorialis propter cauſam, quae ipſum dominum concernit, conueniatur.

## VII.

*De iure Archimareſchalli, ſi ſedes Moguntina vacet, vel impedita ſit, dirigendi comitia.*

Etſi, quommodo ratio directorii primis temporibus in conuentibus Germanorum ſeſe habuerit, ad eas controuerſias, quae noſtris temporibus demum ſuper directorio comitiorum exortae ſunt, haud pertinere videatur, tamen non prorſus inutile fore arbitror, ſi priusquam dicam de ipſis controuerſiis ſuper directorio, ſede Moguntina vacante, natis, de originibus et fatis directorii nonnulla praemittam. Cum antiquiſſimis temporibus resp. Germanorum non ita fuerit formata et conſtituta, vt negotia, quae ad remp. tuendam regendamque pertinuerunt, certis officiis annexa aut magiſtratibus commiſſa fuerint, ſed Germani conſilia et ſuaſiones eorum potius, qui virtute

tute atque ſapientia caeteris praeſtarunt, ſequuti ſint [r]), veroſimillimum eſt, propoſitiones et rogationes in comitiis ab iis factas eſſe qui auctoritate ac fortitudine plurimum eminuerunt. Sub Regibus Francorum autem, a quorum nutu, ac arbitrio omnia fere pependerunt, quamuis in grauiſſimis negotiis ſine conſenſu procerum res gerendas aggredi periculoſum fuerit, ad eum ſpectauit directorium, cui a Rege datum eſt, quippe Regum ſolummodo fuit curare, vt comitia recte haberentur et eo fine conſtituere, qui perſcrutarentur ſententias Principum ac reliquorum ciuium. Quanquam vero illo tempore munus directorii ſicuti reliqua munera, quae Status Imperii liberalitate Imperatorum eorumque indulgentia ſenſim ſenſimque haereditario iure adepti ſunt, ex voluntate Regum collatum ſit, tamen iſte honos tractu temporis et obſeruantia tanquam ius proprium ita denique peruenit ad ſedem Moguntinam vt a quolibet Electore rite electo atque confirmato exerceatur, nec aliis amplius ab Imperatoribus indulgeri poſſit. Quia cura rerum in comitiis proponendarum et ſuffragiorum colligendorum initio Regibus tantum incubuit, promulgationes eorum, quae concluſa ſunt in comitiis, nunquam non Imperatorum nomine ſunt factae, et omnia auctoritate Imperatorum expedienda ab Archicancellario confici mos fuit, Electores Moguntinos vna cum Archicancellariatu ius dirigendi comitia idque ſub Ottonibus circiter nactos eſſe puto [s]). Hocce directorium vero ante annum

r) Tacitus, de morib. Germanorum cap. 11: Mox Rex, vel Princeps, prout aetas cuique, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia eſt, audiuntur auctoritate ſuadendi magis quam iubendi poteſtate.

s) Lamb. Schaffn. ad ann. 1054. Imperatoris filius Henricus conſecratus eſt in Regem Aquisgrani ab Hermanno Colonienſi Archiepiſcopo vix

annum 1663 perpetuo ſine vllis controuerſiis et altercationibus tranquille exercitum eſt, cum ante hoc tempus comitia non niſi temporaria fuerint, eaque tam breue tantum plerumque temporis ſpatium celebrata ſint, vt nunquam ex hac cauſa, quantum conſtat, ſedem Moguntinam durantibus comitiis vacantem factam eſſe contigerit. Sed cum parum refert eas commemorare controuerſias, quae intuitu directorii comitiorum, ſi vacauerit ſedes Moguntina, motae ſunt, et Capitulo Moguntino, et Electore Treuirenſi aut Colonienſi praeter Archimareſchallum directorium ſibi arrogantibus, ſiquidem omnes proteſtationibus et reproteſtationibus factis ſua quisque iura conſeruare ſtuduerunt, pro ratione inſtituti mei ea praetereunda eſſe arbitror, quae 1673 poſt mortem Lotharii Friderici, 1678 poſt mortem Damiani Hatardi, 1679 mortuo Carolo Henrico, 1690 poſt obitum legati Moguntini in diaetis, 1729 defuncto Lothario Franciſco et 1732 poſt mortem Franciſci Ludouici directorii cauſa in comitiis agitata ſunt [t]). Statim ergo ipſas rationes, quibus iura ſingulorum nituntur, afferam, et cum mihi perſuaſum habeam, directorium comitiorum, ſi auctoritate Electoris Moguntini exerceri haud queat, ad nullum meliori iure quam ad Archimareſchallum ſpectare, non niſi eis, quae pro Archimareſchallo ſtare mihi videntur, expoſitis rationibus ad ponderanda reliquorum argumenta progrediar. Ius Archimareſchalli autem potius eſſe, quam reliquorum iura ſatis exinde poteſt demonſtrari, quod omni tempo-

vix et aegre ſuper hoc impetrato conſenſu Luipoldi Archiepiſcopi, ad quem propter primatum Moguntinae ſedis conſecratio Regis et caetera negotiorum regni diſpoſitio potiſſimum pertinebat.

t) Conf. Feuſtel de directorio comitiali ſede Moguntina vacante alioue ſimili caſu Archimareſchallo S. R. I. competente, der Diſcurs vom Reichstage apud Schilterum p. 107 ſq. Neureuter et Kulpiſius.

tempore, et antiquis et hodiernis temporibus honos directorii inter Archicancellarium et Archimareſchallum communis fuerit. Nam iis temporibus iam iam, quibus respublicae Germanorum ſub imperio Regum Francorum in vnum regnum coaluerunt, quotiescunque comitia habita ſunt, praeter Archicancellarium Archimareſchallo quoque ius dirigendi comitia et praeſertim eos, qui conuenerant in certas claſſes redigendi, ac vota congregatorum colligendi competiit. Et Archimareſchallum noſtris etiam temporibus hocce modo ſimul cum Archicancellario directorii participem fieri, patet non modo ex iis, quae transactionibus illis de 1529 et 1562 inter Electorem Moguntinum et Saxonicum definita ſunt, ſed etiam ex reliquis iuribus, quae auctoritate Archimareſchalli hodienum in comitiis exercentur. Ex pacto priori enim 1529 inter Albertum, Archiepiſcopum Moguntinum et Iohannem, Electorem Saxoniae ad iura Archicancellariatus et Archimareſchallatus in comitiis ac deputationibus imperii determinanda inito ſemper Electori Saxoniae ſiue legato eius, ſi Imperator in comitiis comparet, ius competit vota Statuum Imperii colligendi [u]), quamuis, ſi Imperator non ipſe aduenit, Elector Moguntinus iſto honore fruatur. Sic etiam ſecundum hoc pactum intuitu deputationum imperii alternatio inter illos paciſcentes obſeruanda eſt [u]), ita vt primo

u) Transactionis, quae mediante Ludouico, Electore Palatino, inita fuit, haec ſunt verba: Zum erſten, wann hinführo die Röm. Kayſerl oder Königliche Majeſtät und die Stände des Reichs etwas in gemeiner Verſammlung zu fragen, ſoll ein jeder Churfürſt von Sachſen, der je zu Zeiten ſeyn wird, die Umfrag haben. So aber die Churfürſten ohne Beyſeyn eines Röm Kayſers oder Königs, mit oder ohne ihre Räthe, auf der Reichsverſammlung bey einander in ihrem Rathe ſeynd, ſo ſoll ein jeder Erzbiſchof zu Maynz. Churfürſt, ſo je zu Zeiten

mo die perſcrutatio votorum fiat ab Electore Moguntino, et ab hoc Elector Saxoniae votum exigat, ſecundo die vero vt Elector Saxoniae colligat ſuffragia deputatorum, et ab hoc Archiepiſcopus Moguntinus, vti primo die Ele-

 ctor

Zeiten ſeyn würde, oder, ſo er nicht gegenwärtig wäre, ſeine Botſchaft die Umfrag zu thun haben, alſo daß derſelbe Erzbiſchof ſelbſt, oder deſſen Botſchaft, die andern Churfürſten und ihre Botſchaften, und hinwiederum der Churfürſt von Sachſen, oder deſſelben Botſchaft, einen Erzbiſchof zu Maynz, Churfürſten, oder ſeine Botſchaft fragen ſolle. Wenn aber ein gemeiner Ausſchuß, er ſey groß oder klein, gemacht würde, darinnen Churfürſten oder ihre Botſchaften ſitzen, und die andern Stände des heiligen Reichs, ſo ſoll der Churfürſt zu Maynz, oder in ſeinem Abweſen ſeine Botſchaft den erſten Tag, die andern Churfürſten oder ihre Botſchaft fragen, und der Churfürſt von Sachſen oder ſeine Botſchaft, den Erzbiſchof zu Maynz oder deſſelben Botſchaft, und die andern Fürſten und der Stände Verordneten außerhalb der Churfürſten oder ihrer Botſchaften umfragen. Darnach auf den andern Tag ſo der Ausſchuß wieder zuſammen kömmt, ſo ſoll ein Churfürſt zu Sachſen oder ſeine Botſchaft die Churfürſten oder ihre Botſchaften, und der Erzbiſchof zu Maynz von Sachſen, oder ſeine Botſchaften fragen, und der Churfürſt von Sachſen zu jeder Reichsverſammlung, ſo der Ausſchuß gehalten würde, durch ſich ſelbſt oder ſeine Botſchaften, die andern Stände oder ihre Botſchaften, außerhalb der Churfürſten fragen, alſo, daß es mit der Churfürſten oder ihrer Botſchaften Fragen je einen Tag um den andern berührter Maaßen umgehe: wo aber in gemeinen Ausſchüſſen niemand von des Erzbiſchofs zu Maynz wegen erſchiene, oder zugegen wäre, damit dann die Sachen nicht verzogen oder aufgehalten würden, ſoll alsdenn der Churfürſt von Sachſen, oder ſeine Botſchaft und verordneten die Umfrage zu thun haben. Dergleichen hinwiederum, wenn von des Churfürſten zu Sachſen wegen, niemand in ſolchen Ausſchüſſen erſchiene, ſoll der Erzbiſchof zu Maynz, oder wer von ſeinetwegen dahin verordnet iſt, dieß Orts auch die Umfrag thun, und zwiſchen beyden Churfürſten von Maynz und Sachſen, Dero Erzſtift Nachkommen und Erben, hinfürder in allen und vorgeſetzten Fällen, der Umfrag halber obbeſchriebener Maaßen allwege gehalten werden ꝛc. Lünigs Reichs-Archiv Part. Spec. unter Churmaynz III. Abtheilung 1 Abſatz §. 155 p. 595 ſq. Schmauſſi corp. iur. publ. ex edition. Schum. de 1759 p. 105.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-420375-p0043-3

ctor Saxoniae ratione Moguntini fecit, ſuffragium petat, eoque modo vt ſingulis diebus vtrique in votis colligendis alternent. Quod vero transactionem illam 1562 inter Danielem, Electorem Moguntinum et Auguſtum I. Electorem Saxoniae factam attinet, apparet ex iſta ius conuocandi Status in comitiis inter hos Electores diuiſum et litteras conuocatorias, etſi in Cancellaria Moguntina confici debeant, tamen auctoritate Electoris Saxoniae ab Haereditario Mareſchallo vel officialibus eius circumferendas eſſe [x]). Praeter hocce ius colligendi vota atque Status conuocandi multa alia iura Electoribus Saxoniae adhuc competunt, quae ad directorium comitiorum ſpectare arbitror, vti ius in officiales ac famulos legatorum tam ciuilem quam criminalem exercendi iurisdictionem [y]) rei frumentariae

x) Super his muneribus diu lites inter iſtos Electores agitatae ſunt, ab Electore Treuirenſi, Friderico, et Electore Brandenburgico, Ioachimo, tanquam arbitris, ita denique compoſitae: nämlich auf allen Reichstägen und Verſammlungen, da der Churfürſt von Sachſen zur Stätte iſt, ſoll der Churfürſt zu Maynz, oder Sr. Liebd. dahin verordnete Räthe die Anſagzettul dem Churfürſten von Sachſen ſelbſt, oder in Sr. Liebd. Canzley ſchicken, damit Sr. Liebd. aus Ihrer Canzley ferner befehlen mögen dem Erbmarſchallamt, die umher zu tragen. Wann Sr. Liebd auf ſolchen Reichsverſammlungen nicht perſönlich ſeyn, ſondern Ihre Räthe, den Anſagezettul dem Erbmarſchallamt geben laſſen, damit es denſelben erſt den Churfürſtlichen Sächſiſchen Räthen zeigen, und folgends umher tragen möge. Gleichermaßen ſoll es gehalten werden, auf allen Tägen, ſo die Kayſerl. oder Königl. Majeſtät ausſchreiben würden, obgleich darzu allgemeine Reichsſtände nicht erfordert; inſonderheit aber ſoll es auch alſo gehalten werden mit der Anſage, auf Wahltägen, wann dieſelbe durch den Churfürſten zu Maynz alleine nach Abſterben eines Röm. Kayſers, oder auch bey Leben deſſelben, auf der Churfürſten Einung ausgeſchrieben werden ꝛc. ꝛc. Lünigs Reichs-Archiv P. Spec unter Churmaynz III. Abtheilung 1 Abſatz §. 156 p. 396.

y) Hoc ius et ſequentia iura etſi ab ipſo Electore Saxoniae non exerceantur, ſed ab Haereditario Mareſchallo, exercentur tamen auctoritate

mentariae et hoſpitiorum legatis aſſignandorum curam habendi, exigendi vt legati aduenientes in diaetis Mareſchallum certiorem de eorum aduentu faciant, ius proſcriptiones et ſuſpenſiones Statuum a voto in comitiis indicandi, et quae ſunt plura huiusmodi iura. Patet ex his omnibus directorium comitiorum Electori Moguntino non ſoli competere ſed ei cum Electore Saxoniae commune eſſe, cum quaedam iura directorii Archiepiſcopus Moguntinus, quaedam Elector Saxoniae exerceat; et inde, quippe obſeruantia haec, qua Elector Saxonicus et Moguntinus iſta iura nacti ſunt, vt lex tacita, ex ratione eius et mente legislatorum explicanda eſt, ſequitur, eas directorii partes, quae ad Electorem Moguntinum proprie ſpectant, ſede Moguntina vacante a nullo niſi Archimareſchallo exercendas eſſe. Nam cum Archimareſchallus concurrat cum Electore Moguntino in directorio, Principes ac Imperatores itaque directorium ſimul ab Archimareſchallo exerceri tacite conſenſerint, et ſedem Moguntinam durantibus comitiis facile vacantem vel impeditam fieri poſſe omnes non potuerint non iudicare, Status imperii, cum reip. interſit, ne comitia interrumpantur, tacite quoque conſenſiſſe oportet, vt directorium comitiorum, ſi ſedes Moguntina vacet, vel impedita ſit, ab Archimareſchallo continuetur. A quo enim magis veroſimile eſt Status voluiſſe vt iſtud exerceatur, quam ab eo, cui magna pars iurium directorialium ex eorum conſenſu iam iam obuenit? Capitulum Mogun-

tate Electoris Saxoniae. Iſta iura omnia vero optime cognoſcuntur ex transactione illa 1614 inter Comitem de Pappenheim et ciuitates Imperiales conſentientibus Iohanne Georgio I. Electore Saxoniae et Imperatore Matthia, inita Londorp t. 1 actor. publicor L. I. c. 50. p. 162 et Lünigs Reichs=Archiv P. Spec. II Continuat. V Abtheilung XV. Abſatz p. 179.

tinum equidem, cum vacantem praelaturam vicario nomine et in ſpiritualibus et in temporalibus adminiſtret, plurimaque iura, quibus ſedes Moguntina ornata eſt, exerceat, ſibi directorium comitiorum, mortuo Archiepiſcopo vel impedito, praeprimis competere aſſerit, ſed ſi recte perpendimus cauſam capituli, omni iure iſtud deſtitui animaduertimus, quanquam primo obtutu omnibus praeferendum eſſe videatur. Nam etſi adminiſtrationem vacantis Archiepiſcopatus ad Capitulum ſpectare haud negari queat, tamen vi huius adminiſtrationis non omnia iura exerceri poſſunt a Capitulo, quae ab Archiepiſcopis exercentur, ſed ea tantummodo, quae ad iurisdictionem eccleſiaſticam vel ſuperioritatem territorialem pertinent, vel ſi de negotiis imperii agitur, quae iure territorii peragenda ſunt. Quare Capitulo Moguntino directorium comitiorum nulla ratione tribui poſſe cenſeo, cum ius dirigendi comitia Electori Moguntino propter Archicancellariatum competat, iſtud ex hac cauſa, quippe vi pecularis ſtatus ac dignitatis acquiſitum eſt, ad iura perſonalia Electoris Moguntini referri debeat, et iura perſonalia quae dignitati eccleſiaſticae aut ſaeculari Epiſcoporum coniuncta ſunt, ad Capitula nunquam transeant. Hoc inde probatur, quod et beneficia eccleſiaſtica, quae ad collationem Epiſcoporum ſpectant, a Capitulis ſecundum ius Canonicum ſede vacante conferri haud poſſint [z]), et Capitula, prouti iubet aurea bulla, ab electionibus Imperatorum arceantur, et, quod Capitulum Moguntinum in ſpecie attinet, nec perſonae in Cancellariis iudiciorum imperii neceſſariae ab iſto conſtitui, nec Viſitat. Conſ. Imp. aul. ab eo peragi poſſint.

Exigui

z) C. 3. 4. de ſupplenda neglig. praelat. in 6to; cap. vn. de maioritate et obed. in 6 et. c. 1. X. ne ſede vacante aliquid innouetur.

Exigui quoque momenti, quod, qui aduerſantur, contra primum afferunt lites haſce, vtrum Capitula iura ſaecularia Praelatis vi peculiaris dignitatis competentia exercere poſſint nec ne, non ex iure Canonico, in quo Capitulis collatio beneficiorum ad Epiſcoporum collationem alias ſpectantium ademta ſit, ſed ex principiis iuris Germanici decidendam eſſe, cum ad ius Canonicum, vt ius in Germaniae receptum et quaſi iure ciuitatis donatum in defectu vel incertitudine domeſticarum legum omnino etiam in cauſis non eccleſiaſticis recurrere liceat. Sed patriae leges quoque noſtrae ſententiae aſſentantur, cum vt reliqua praetermittam, Capitula excludantur ab electionibus Imperatorum. Negant quidem Capitula iuſte hoc fieri, et, quod magnopere iſtis opitulari videtur, afferunt anno 1562, cum Maximilianus II. Francofurti ad Moenum Imperator electus eſſet, a Capitulo Colonienſi ad electionem huius Imperatoris legatum, nempe Georgium a Sayn, Comitem de Wittgenſtein Francofurtum miſſum, ac vi poteſtatis Capituli ius eligendi, ſi ſedes Archiepiſcopalis vacet, adminiſtrandi deputatum eſſe, ſed et iis rebus parum proficitur. Nam Capitula non iniuria excludi ab electoribus ſatis patet ex verbis aureae bullae, ad Archiepiſcopos, qui pro tempore ſunt, ſolos reſtrictos [a]), et quamuis nomine Capituli Colonienſis legatus ad electionem Maximiliani II miſſus ſit, tamen minime exinde ſequitur, legatum etiam ad electionem admiſſum eſſe. Contrarium potius eueniſſe maxime veroſimile eſt, cum ſolennis illa proceſſio in electionibus et

a) A. B. c. 1 §. 18. Praeterea ſtatuimus et etiam ordinamus vt Archiepiſcopus Moguntinenſis, qui fuerit pro tempore, ſingulis Principibus, Coelectoribus ſuis, eccleſiaſticis et ſaecularibus, electionem — debeat intimare.

et coronationibus Imperatorum inſtituenda in electione Maximiliani non prius ſit facta, quam nouus Archiepiſcopus creatus, eiusque nomine alius legatus, Fridericus e Comitibus Widanis, miſſus fuerit [b]). Annon vero haec Capitulo Moguntino tamen patrocinantur, quod ſede Archiepiſcopali vacante et ad comitia conuocetur, et in comitiis priſtinum locum retineat, et in conuentibus circularibus comparere poſſit? Nec haec quidem, cum iſta iura ideo, quia territorio Moguntino inhaerent, a Capitulo exerceantur, ius comitia dirigendi vero, pro iure Electorum Moguntinorum perſonaliſſimo non poſſit non haberi. Praeter Capitulum Moguntinum etiam Elector Treuirenſis directorium comitiorum ſede Moguntina vacante vel impedita ſibi arrogat, quia non modo expreſſis vnionis Electoralis et receſſus imperii nouiſſimi verbis Archiepiſcopo Moguntino, ſi in officiis eius impediatur, ſubſtitutus ſit et ſimul Archicancellarii Imperii Romano Germanici, fungatur munere, ſed etiam, quia vi vniuerſalis obſeruantiae omnium collegiorum directorium, ſi ab ordinario directore exerceri haud queat, ad proxime ſubſequentem deuoluatur. Quanquam has rationes magnam veritatis ſpeciem prae ſe ferre fatendum ſit, tamen eas falſas eſſe, et nihil niſi veritatis ſpeciem ſolam habere ſatis apparebit ex iis, quae ad ſingulas reſpondenda eſſe arbitror. Nam in vnione Electorali

b) Conf. Auctor verae narrationis, quomodo et forma D. Maximilianus, Bohemiae Rex electus fuerit in R. R. apud Francof. ad Moen anno Dni. 1562 d. 24 N. ap. Schard. tom. 3. rer. German p. 83 — Exinde porro omnes et ſinguli (Electores) Patricio ſeu Electorali ſuo habitu pro more induti, bini ac bini et primo adeo Elector Moguntinus et Elector Treuirenſis, poſtea Elector Colonienſis et Elector Bohemiae — — omnes in equis ad templum D. Bartholomaeo ſacrum deuenere. Huic loco addatur proteſtatio illa Maximiliani Henrici, Electo-

ctorali Archiepiſcopus Treuirenſis non generaliter Moguntino, in omnibus eius officiis nempe ac dignitatibus ſubſtitutus eſt, ſed tantummodo in iure nouos Electores, Moguntina ſede vacante, in ſocietatem illam ſub nomine des Chur-Vereins initam recipiendi [c]). Sed licet etiam Elector Treuirenſis in vnione Electorali generaliter Archiepiſcopo Moguntino mortuo vel impedito ſubſtitutus eſſet, tamen cum vnio illa non lex Imperii, ſed pactum Electorum tantum ſit, nihil exinde in cauſa directorii, quam ex legibus imperii decidi oportet, probari poſſet. Vti ex vnione Electorali ita quoque ex receſſu imperii nouiſſimo

Electoris Colonienſis contra coronationem Ferdinandi IV. 1653 ab Electore Moguntino celebratam: Und kann alſo Ihrer Churfürſtl. Gnaden zu Maynz gar keinen Behelf geben, daß Deroſelben Vorfahren a tempore Maximiliani II. etliche actus coronationum verrichtet, dann dieſelbe in tempore trium Electorum Colonienſium eingefallen, welche mit der Biſchöfl. Weyhe und Infulis nicht verſehen geweſen; wie denn in ſpecie praefati Maximiliani Electionem Fridericus IV. Comes de Weda verrichten helfen, der notorie nicht in Epiſcopum creiret geweſen. Limnaeus tom. V. addit. iur. publ. L. III. c. 6. §. 3.

c) Churfürſten Verein de 1521 §. 15. Und wäre es, daß einiger unter uns obgenannten Churfürſten von Todes wegen abgehen würde, da Gott lang vor ſey, ſo ſollen Wir Erzbiſchof zu Maynz deſſelben abgegangenen Churfürſten Nachkommen oder Erben nachdem er zur Regierung ſeines Churfürſtenthums kommen iſt, dieſe unſre Einung verkündigen, und damit ermahnen, und ſo er dann begehrt in ſolche Einung zu kommen, ſoll er darein genommen werden; doch alſo, daß er dieſelben Einung und Verträg zuvor und ehe er darein genommen werde, getreulich zu halten geloben, und zu den Heiligen ſchwören, auch ſeinen beſiegelten Brief nach Ausweiß dieſes Briefs darüber geben. Denſelben Eyd ſoll der nächſte Churfürſt, ſo ihm geſeſſen iſt, von ihme nehmen, die Brief darüber von ihm empfangen, und unſere Brief wieder überantworten, dieſelben unſern Brief in unſer des Erzbiſchofs zu Mäynz Canzley ſollen gefertiget, und von unſer jeglichen beſiegelt werden. Wo aber der Fall an uns dem Erzbiſchof zu Maynz beſchehe, ſollen Wir der Erzbiſchof zu Trier ſeiner Lieb des ermahnen und vollziehen, wie obſtehet.

mo [d]) haec cauſa Treuirenſis non defenditur, cum ibi haud de directorio ſed reuiſione contra ſententias camerales interponenda agatur, et a diuerſis ad diuerſa concludere nefas ſit. Nec ratio huius ſanctionis pro cauſa Electoris Treuirenſis militare poteſt. Ratio enim incerta eſt, et cum ex certa etiam legis ratione aliquid, quod ſub expreſſis verbis eius non continetur, prohibitum vel iuſſum eſſe haud concludi poſſe exiſtimem, niſi euidenter legislatorem id voluiſſe demonſtrari poſſit, quippe non praeſumta legislatoris voluntas ſed vera leges efficiat, non video, quomodo Electoribus Treuirenſibus ex receſſu hoc directorium attribui poſſit. Reliqua vero argumenta, quae pro Electoribus Treuirenſibus in hac cauſa proferuntur, minoris adhuc ponderis eſſe ſatis exinde apparet, quod iſti non per Germaniam, ad cuius Archicancellariatum tamen directorium comitiorum pertinet, Archicancellarii munere fungantur, ſed per regnum Arelatenſe. Et quibus ex rationibus ius dirigendi comitia idcirco, quia Electores Moguntinos proxime ſequantur, iis adſcribi poteſt, cum hocce ius Electoribus Moguntinis vt primis in ordine competere doceri haud queat, et iſtud potius eis vt Archicancellariis [e]) Germaniae obueniſſe ſuperius demonſtratum

d) §. 125. In Fällen, da die Appellationes vermög gemeiner Rechte nicht zuläßig, ſollen auch die Reuiſiones nicht ſtatt finden, und ein jeder, der Reviſion zu ſuchen begehrt, dieſelbe in den nächſten vier Monaten von Zeit an der ausgeſprochenen Urtheil, bey Straf der Deſertion, bey unſerm Neven dem Churfürſten zu Maynz, oder wann derſelbe bey der Sachen intreßirt, bey Chur Trier ausbringen ꝛc.

e) Praeclare haec res illuſtratur iis, quae ipſe Elector Moguntinus, cum Electorés ad electionem Ioſephi conuocaret, intuitu huius iuris conuocandi in litteris ad Electorem Brandenburgicum miſſis declarauit: —

Solchem=

ſtratum ſit? Cum intentio Electorum Treuirenſium fundamento iuris deſtituatur, patet etiam intentionem Electorum Colonienſium, qui ſimul cum Electoribus Treuirenſibus directorium exercere cupiunt, omni iure deſtitui, cum totum ius horum Electorum non niſi alternatione inter eos et Electores Treuirenſes in ſedendo, ſubſcribendo, ſigillando et omnibus reliquis actibus, excepto caſu ſuffragiorum ferendorum, obſeruanda nitatur. Caſus eos autem in quibus directorium comitiorum ad Archimareſchallum pertinet, hos eſſe puto, ſi ſedes Moguntina vel morte, translatione, reſignatione aut alio modo vacet, vel ſi impedita ſit, ſiue hoc captiuitate Archiepiſcopi, ſiue alia huiusmodi re accidat, vel denique, ſi legatus Moguntinus in comitiis moriatur, aut nouiter adueniens ſe nondum ſufficienter legitimauerit. Vtrum huc iſti quoque caſus, ſi Elector Moguntinus officio ſuo in cura directorii non ſatisfaciat, vel ſi cauſa quaedam in comitiis pertractanda eum ipſum concernat, referri debeant dubito. Nam illo caſu Imperator potius, vt Electorem de implendo officio moneat, vel, ſi opus ſit, cum conſenſu Statuum mulctis et poenis iſtud implere cogat, mihi adeundus eſſe videtur; hoc vero regulam illam iuris, neminem in propria cauſa iudicem eſſe poſſe, locum habere propterea non puto, quia ad directorium comitiorum a iudicibus concludi nequit, vtpote comitia pro collegiis iuſtitiae in iure dicundo occupatis haberi non poſſunt.



Solchemnach erſuchen und erfordern Wir Ew. Liebd. hiermit in Kraft und nach Ausweiſung des heil. Reichs Conſtitution der güldnen Bull, wie auch Churfürſtl. Verein, und unſers tragenden Erz-Cancellariatamtes wegen ꝛc. ꝛc. Pfeffinger L. I. t. 6. §. 5. not. d. p. 802.

## VIII.

### *De ſimultaneo religionis exercitio Paci Oſnabrugenſi aduerſo* *.

Quanta cura in pace Weſtphalica ineunda ad hibita eſt non modo ad lites ſuper religionis exercitio exortas iam iam praecidendas, ſed etiam ad futuras praecauendas, tantae tamen in ipſo fere pacis reſtituendae et litium tollendarum ſtudio intuitu ſimultanei religionis exercitii controuerſiae, turbae ac iniuriae natae ſunt. Vix enim ac ne vix quidem incendium illud belli atrociſſimi, quo Germania deuaſtata et concuſſa eſt, extinctum fuit, cum extiterint iam iam, qui ſimultaneam religionis Catholicae introductionem, quamuis in locis, vbi introducatur, anno 1624 exercita non fuerit, Paci Oſnabrugenſi haud contrariam eſſe contendendo nouas lites excitarunt. Quos his litibus occaſionem dediſſe conſtat fuere Comes de Loewenſtein et Epiſcopus Hildeſienſis, quorum ille anno 1654 Catholicis exercitium religionis Catholicae conceſſit Werthhemii, etſi eo 1624 ibi haud gauiſi ſint, hic vero eodem anno den Capuciner-Mönchen monaſterium, quod 1624 ab iis non fuit poſſeſſum tradidit [f]). Nam ex eo tempore demum

* Quae de hac materia ſcripſi non odio quodam ſed legibus ductus ſcripſi Nihil enim magis vituperandum eſſe arbitror, quam odio perſequi eos, qui non iisdem nobiſcum ſacris vtuntur.

We may aſſure ourſelves that the great author of nature will not be allways as one, who is indifferent to any of his creatures.

*Engliſh Spect.*

f) Vtrique facta haec defendere allaborarunt, Comes de Loewenſtein per deductionem illam ſolidam, daß kein dominus territorialis in puncto religionis rerumque exinde dependentium extra caſus inſtrumento pacis Weſtphalicae exceptos ad a. 1624 eiusque ſtatum gebunden ſey; et Epiſcopus Hildeſienſis per Synopſin fundamentorum, vermöge welcher behauptet werden kann, daß das ius reformandi ſiue de religione disponendi dem iuri territoriali anklebe, und davon dependire, und

mum diſputatum eſt, a Catholicis vtrum dominis territorialibus facultas religioni cuidam in locis, vbi anno 1624 non obtinuit praeter eam, quae ibi iam iam recepta eſt, indulgendi adempta ſit, cum ante hac omne ius reformandi Principibus abnegarint eccleſiaſticae poteſtati iſtud tribuentes [g]). Patet vero tam ex mandatis contra ſimultaneum a Camera tunc emiſſis [h]), quam ex multis conſtitutionibus a Statibus huius rei cauſa circa illud tempus factis [i]) ſimultaneam alienae religionis introductionem et a



ſummis

und im I. P. dem Landesfürſten nicht benommen ſondern vielmehr beſtätiget ſey, exhib. in comit. 1654 vid. Lünichs Grundfeſte Europ. Potentat. Gerechtſame part. 1. p. 146. et vindiciae Hildeſienſes, quibus haec Synopſis eſt inſerta; conf. tamen etiam Antiuindiciae Statuum Hildeſienſium, in quibus Synopſis illa refutata eſt.

g) Bellarmin. tom. I. controv. general. lib. 3. de laicis cap. 17 et 18, et Burchard in autonom. part. 3. C. 7. Ipſis Imperatoribus adeo ius reformandi abnegatum eſt a Papis, vid. examen vindic. Rittmeyer. erſte Abtheilung, des erſten Stückes achter Satz.

h) Exemplo ſit mandatum, quod contra Comitem de Loewenſtein 1690, die 6 Auguſti decretum fuit: Hierum ſo gebiethen wir von Römiſcher Kayſerlicher Macht und bey Pön zehn Marklöttigen Goldes, halb in unſre Kayſerl. Cammer und zum andern halben Theil, ihnen Klägern ohnnachläßig zu bezahlen, hiermit ernſtlich und wollen, daß Du demnächſt nach Verkündigung dieſes denen pactis familiae und legibus fundamentalibus Condominii abſonderlich dem Inſtrumento pacis nicht mehr entgegen handelſt, die Capuciner, wie auch die einſeitig und neuerlich eingenommene Catholiſche Unterthanen und Beyſaßen aus der Stadt und Graffſchaft Werthheim ungeſäumt wegſchaffeſt, die Unterthanen wider den Friedensſchluß und habende Freyheit nicht beſchwereſt, keine Neuerungen in Anrichtung eines Cloſters Kirchhofs, und Proceßion und anders einführeſt, als lieb Dir ſeyn mag obangeregte Pön zu vermeiden. Plura contra ſimultaneum mandata S. C. de non contraueniendo Inſtrumento P. O. emiſſa eſſe, patet ex Deckhero, in Conſult foren. de pace ciuili Germaniae cap. 38. num. 21 et Fabers Staats-Canzley tom. 38. p. 374.

i) Vt ex multis vnum ſolummodo Reſcriptum afferam, iſtud inſerere mihi liceat, quod 1681 d. 28 Oct. a Maximiliano Henrico, Electore

Coloniae

ſummis Imperii iudiciis et a plurimis Catholicis Principibus ipſis eo tempore improbatam eſſe. Nihilominus clauſula illa pacis Ryswicenſis fatali [k]), vi cuius pactum fuit, vt ſtatus religionis Catholicae in locis a Rege Galliae reſtitutis idem maneret, qui tempore iſtius pacis concluſae fuiſſet, et iis, quae poſtea contra huius clauſulae mentem adeo iniuſte facta ſunt [l]) religio Catholica in multas vrbes et

Coloniae, tanquam Epiſcopo Hildeſienſi, ad Capitulum Hildeſienſe exiit.

Würdige ꝛc. ꝛc.

Daß man anjetzt hin und wieder auf dem Lande, ja in allen Städten, Flecken, und Dörfern Unſers Stifts Hildesheim Catholiſche Kirchen und Capellen erbauen, und das exercitium religionis noſtrae aus Landesfürſtl. Obrigkeitlicher Gewalt einführen ſolle, kommt uns bey jetzigen Conjuncturen faſt bedenklich vor, zumalen es, wenn ſolches dem Braunſchweigiſchen Haupt-Receſſe gemäß wäre, ſchon längſt geſchehen ſeyn würde, und beſorgen Wir, da man dem zuwider dergleichen nunmehro attentiren ſollte, daraus groſze zu Unſerer Diſcreputation und des Stifts Schaden gereichende Ungelegenheiten etwan entſtehen dürfte. Quamuis enim hic Elector per Synopſin illam ſuperius citatam die Einführung der Capuciner magno ſtudio defendere conatus ſit, tamen introductionem ſimultanei, quod ab illa re toto coelo differt, improbauit.

k) Etſi haec clauſula contradicentibus plurimis Deputatis Euangelicis paci Ryswicenſi inſerta fuerit, tamen abolitio eius, quae ſaepius iam iam promiſſa fuit, nondum potuit obtineri.

l) Nam religio Catholica poſt pacem Ryswicenſem non modo in locis adhuc introducta eſt, in quibus, cum pax iſta inita fuiſſet, non obtinuit, ſed Euangelicis qnoque redituum eccleſiaſticorum adeo magna pars ademta fuit. Hos conatus autem et reliqua facta, quibus exercitium religionis Euangelicae in locis reſtitutis laeſum eſt, menti clauſulae pacis Ryswicenſis art. IV. aduerſa fuiſſe ex iis ſatis apparet, quae legati Gallici et ipſe Rex Galliae, querelis deſuper motis, declararunt.

Monſ. de Chamoi ſagte einſt 1698 bey einer Conferenz: Que ſa Maieſté etoit tout a fait eloignée à vouloir preiudicier par la clauſe de l'article IV. de la paix de Ryswic au libre exercice, droits et revenus de la Religion des Proteſtans en conſequence de la paix de Weſtphalie — — und in einer Königl. Depeſche vom 17. Junii eiusd. anni erklärte

et prouincias reuocata eſt, quibus 1624 exulauit. Haec omnia vero contra pacis Weſtphalicae ſanctiones fuiſſe facili negotio ex verbis eius et ratione verborum Inſtrumenti demonſtrari poteſt, cum pax Weſtphalica clariſſimis verbis ſtatuat, vt religionis exercitium in quouis loco idem maneat m), vti 1624 fuerit. Quilibet enim videt hanc ſanctionem violari ſi religio quaedam in loco vbi anno decretorio illo in vſu haud fuit, introducatur, quippe hoc caſu exercitium religionis non idem manet, ſed mutatur et loco vnius religionis, quae ſola hactenus ibi culta fuit, plures religiones introducuntur, ac plura ſacra ciuitate, qua priora antea priuatiue gauiſa ſunt, donantur. Nec eam contendi poteſt mentem Pacis Oſnabrugenſis tantummodo eſſe, ne religionis eius, quae 1624 in loco quodam obtinuit exercitium mutetur, vel publicum exercitium commutando in priuatum vel omne prorſus eius exercitium tollendo, cum verba generalia ſint, eorumque ſignificatus ſine peruerſa explicatione ita reſtringi haud queat. Et qua fronte Catholici hanc pacis Weſtphalicae mentem aſſerere poſſunt, cum ipſi ex ratione iſtius ſactionis mutationes ab Euangelicis intuitu rerum multo minorum factas iniuſtas et illicitas eſſe conqueſti ſint? Quantopere, ſi exemplis vti licet, cum Auguſtae Vindelicorum frontiſpicium templi Scto Vlrico conſecrati 1709 refectum ſit et in refectione eius effigiès quorumdam Sanctorum in lapides priſtini

erklärte ſich der König ſelbſt folgender Geſtalt: il eſt aiſe de repondre à leurs plaintes, et de faire voir, qu'ils tirent une fauſſe conſequence en concluant que je pretends, que les revenues attachées a leurs egliſes ſoient employées pour les Catholiques — —

m) I. P. O. art V. §. 26 — — publicum etiam religionis exercitium idem maneat, quod quouis in loco dicto anno dieque vſitatum fuit.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-420375-p0055-9

ſtini frontiſpicii inciſae haud reſtitutae fuerint, Euangelici a Chatolicis incuſati ſint quam notiſſimum eſt. Etſi hoc templum ad Auguſtanae Confeſſioni addictos ſolos pertineret, et omiſſae illae ſanctae effigies res exigui ſane momenti eſſent, tamen maximae exinde querelae a Catholicis motae ſunt, et prouiſores huius templi non modo ab Abbate eius vrbis in Conſ. Imp. aulico ex hac cauſa acerbe accuſati ſunt, ſed ipſum Corpus Catholicorum quoque pro Abbate apud Imperatorem interceſſit [n]). Si itaque, vt Catholici contendunt hoc paci Weſtphalicae conforme eſt intuitu effigierum, inſignium et ſimulacrorum omnia eadem manere, uti 1624 fuerunt, quanto magis hoc non poteſt non paci Weſtphalicae intuitu ipſius religionis in loco quodam vſitatae conforme eſſe. Ius ſubditorum enim ne ſimultaneum exterae religionis exercitium introducatur

multo

n) Hoc 1711 d. 13. Ian. his verbis factum eſt: — — daß der ſupplicirende Abt, Prior und Convent in ihrem Geſuch gar wohl fundiret, und das Inſtrumentum pacis Weſtphalicae für ſelbige durchaus bevorab der annus decretorius militiret, hingegen die Oberkirchen und Zech-Pflegere Auguſtanae Confeſſionis ohnmächtige Händel zu Präjudiz des Gotteshauſes damit befliſſentlich, und zwar mit Opiniatretaet geſucht, und darinn ſich eigenmächtig manuteniret; da Unſere hohe Herren Principalen, Committenten und Obere aber das Werk alſo anſehen, und dafür halten, daß die Ober-Kirchenpflegere Auguſtanae Confeſſionis bey dieſen Kriegszeiten und Conjuncturen mit dieſen und dergleichen unnöthigen in Inſtrumento pacis zumalen nicht fundirten anſtellenden Religions-Streitigkeiten Ew. Kayſerl. Maieſtät und dem Reichs-Convent nicht beſchwerlich fallen, ſondern beſſer und lieber verſchonen ſollten — — ſo wird allerunterthänigſt gebeten, daß in Erwägung der obangeführten motiven dem Inſtrum. pacis Weſtphal. gemäß die Oberkirchen und Zech-Pflegere Auguſtanae Confeſſionis in Augſpurg angewieſen werden möchten, an das Frontiſpicium des Ulricaniſchen Predigt-Hauſes die vorgemeldete Heiligen Bildniſſe, Wappen und Jahrzahl wieder anmalen zu laſſen, wie ſie in dem anno decretorio und kurz vorher noch daſelbſt geweſen.

multo maius eſt, quam illud, quod Catholici attribuunt ſibi ne effigies Sanctorum in aedibus ad Catholicos ne quidem ſpectantibus deleantur, ac ni Logici errant, a minori ad maius rectiſſime licet concludere. Quid etiam, ſi contrariam ſententiam defendas, ad hoc reſpondendum erit, quod norma anni decretorii tam ſtricte obſeruanda ſit, vt contra obſeruantiam huius anni numerus praebendarum in monaſteriis et fundationibus mixtis ne quidem mutari, augeri aut minui poſſit o)? Veritas ſententiae noſtrae magis adhuc apparet ex iis, quae art. VII. §. 1. P. O. intuitu diuerſarum Euangelicae religionis partium, Reformatorum nempe et Lutheranorum, pacta ſunt. Sancitum enim illic eſt, vt, ſi Princeps Euangelicus ſiue Lutheranus ſiue Reformatus ad alterius Euangelicae religionis ſacra tranſeat, vel titulo ſucceſſionis aut alio titulo dominii translatiuo Principatum nanciſcatur, quo Lutherana religio Reformataue antehac ſola obtinuit, vt eo caſu Principi concionatores aulicos ſuae religionis quidem habere liceat, ſed citra ſubditorum praeiudicium tamen. Cum itaque in principatu Euangelico Princeps Euangelicus nequidem, ſi alias doctrinas ac ſubditi eius ſequatur, poteſtate ſimultaneum ſuae religionis exercitium introducendi gaudeat, non video, quomodo contendi poſſit hac poteſtate Catholicum Principem gaudere, vtpote propter rationem differentiae Catholicae religionis et Euangelicae multo magis praeſumendum eſt P. O. voluiſſe vt Principi Catholico haec facultas ademta ſit. An etiam hic pacis Weſtphalicae locus ita intelligendus eſt, ut per eam Principi Euangelico, qui alteram religionem Euangelicam amplexus eſt, non ius ſimulta-

o) I. P. O. art. V. §. 26.

ſimultaneum ſuae religionis exercitium introducendi ſed ius priſtinae religionis exercitium tollendi ſolum ademtum ſit? Sunt qui ita ſentiunt, hanc ſententiam vero intentioni pacis Oſnabrugenſis repugnare quilibet perſpiciet, ſi nullarum partium ſtudio ductus verba eius accuratius perpendat. Nam ſi voluntas paciſcentium in pace Weſtphalica ineunda fuiſſet, hoc ſolummodo ſancire ne Princeps Euangelicus, ſi ad alterius religionis Euangelicae ſacra transgrediatur, ſubditis ſuis exercitium religionis eorum eripiat, haud neceſſe fuiſſet de cultu ipſius Principis conſtituere et eo fine ordinare vt ei concionatores aulicos habere fas ſit. Quare cum invtilia et ſuperflua lege praecipue fundamentali ſtatuta eſſe haud praeſumi poſſit, conſilium illius paragraphi pacis Weſtphalicae hoc concludo eſſe, iura Principum Euangelicorum, qui cultum alterius Euangelicae partis ſequuntur intuitu ipſius religionis eorum determinare, et praeſertim cauere ne Principes iſti praeter ius concionatores aulicos habendi alia adhuc iura, vti facultatem conſortibus religionis a Principe aſſumtae exercitium concedendi in praeiudicium ſubditorum ſibi tribuant. Si enim haec pacis Weſtphalicae mens non fuiſſet ac Principibus vi iuris reformandi ſimultaneum introducere liceret, ridiculum ſane fuiſſet Principi Euangelico, ſi vel ex Reformato Lutheranus vel ex Lutherano Reformatus fiat, poteſtatem concionatores aulicos habendi dare, cum haec poteſtas ei vi iuris ſimultaneum religionis ſuae exercitium introducendi iam iam competeret. Patet ergo exinde quoque Catholico Principi ſimultaneum religionis ſuae exercitium introducere minime liberum eſſe, cum hoc Principi Euangelico ne quidem, ſi alius ac ſubditi religionis ſit, liceat, idque praeter vulgaria haec argumenta

ex

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-420375-p0058-6

ex §. 26 art. V. P. O. etiam, ſi recte video, probari poſſe arbitror. Nam prohibetur in hoc paragrapho, ne ordines religioſorum, qui anno 1624 monaſteria in locis Euangelicis poſſederunt, mutentur in alios, niſi talium religioſorum ordo plane interciderit, quo caſu Magiſtratui Catholicorum in locum ordinis prioris alium ante pacem Weſtphalicam vſitatum in Germania ordinem ſubſtituendi facultas data eſt. Quamuis haud magnum ſane praejudicium Euangelicis exinde oriri videatur, ſi monaſterium quoddam loci Euangelici religioſis noui ordinis tradatur, tamen haec mutatio tanti momenti paciſcentibus de pace Weſtphalica viſa eſt, vt eam prohibendam eſſe cenſuerint. Si itaque in cauſis religionis eiusmodi mutationes adeo illicitae ſunt et paci Weſtphalicae aduerſantur, vt contra obſeruantiam anni 1624 loco certi ordinis religioſorum alium introducere nequidem liceat, ſequitur exinde, multo magis ſimultaneam religionis alienae introductionem Inſtrumento Pacis Oſnabrugenſis aduerſari et illicitam eſſe. Prouocant equidem ad euertenda omnia haec argumenta aduerſarii ad § 30 art. V. P. O. quo Principibus ius reformandi generaliter tributum eſt, eumque paragraphum tanquam normam reliquas ſanctiones vero hactenus recenſitas, quibus ius reformandi Principum reſtrictum eſt, tanquam exceptiones conſiderandas eſſe volunt. Exinde autem, ſimultaneum religionis exercitium vi iuris reformandi introduci poſſe concludunt, cum nullibi in pace Weſtphalica hoc ius expreſſis verbis Principibus ademtum ſit, et exceptiones a legibus ipſis haud factas nobis facere haud liceat. Sed quanquam, quod multi abnegandum eſſe duxerunt, concedere haud dubitem, dictum illum §. 30 pro norma habendum eſſe et ius reformandi ſecundum iſtum paragraphum

in omnibus caſibus, quibus exceptio in Pace Oſnabrugenſi haud facta ſit exerceri poſſe a Principibus, tamen ex illo loco minime ſimultaneum religionis exercitium defendi poſſe cenſeo. Etenim ius reformandi non pro arbitrio vnius cuiusque Status exercendum eſt, ſed ex legibus p), et quamuis ius ſimultaneum religionis exercitium introducendi non expreſſe Principibus in Pace Oſnabrugenſi ademtum ſit, tamen hoc tacite factum eſt, et tacitas legum prohibitiones eiusdem valoris eſſe ac expreſſas conſtat. Tacite vero ſimultaneum religionis exercitium prohibitum eſſe quis non perſpicit, cum, vt ſuperiora repetam, expreſſe ſancitum ſit, vt omnia intuitu religipnis eadem maneant, vti 1624 fuerunt; cum Principi Euangelico qui ad alterius Euangelicae religionis partem tranſit, nullum intuitu exercitii ſuae religionis ius praeter poteſtatem aulicos concionatores habendi competat; et cum denique ordines religioſorum, qui ab anno 1624 monaſteria in Euangelicis prouinciis poſſederunt, ne quidem in alios ordines mutari poſſint. Nec obſtat, quod qui aduerſam ſententiam tuentur, obiiciant, ius, reformandi Statibus in pace Weſtphalica tributum inutile prorſus eſſe, ſi vi iſtius ius ſimultaneum introducendi haud competat, ideoque, quod abſonum ſit, ius Principibus, quo vti non poſſint, §. illo 30 eſſe tributum; cum multi adhuc dentur caſus quibus ius reformandi recte exerceri poſſit. Sic enim locus adhuc iſti relictus eſt, ſi Princeps territorium ante annum 1624 oppignoratum

p) Hoc etiam circulus Saxonicus inferior in litteris ad Capitulum Hildeſienſe 1705 d. 24 Aug miſſis declarauit: daß das denen Ständen in art. VIII confirmirte exercitium iuris territorialis nicht weiter, als ſie ſich deſſelben in pace Weſtphalica nicht begeben, verſtanden werden müſſe ꝛc.

ratum recuperat [q]), vtpote in eiusmodi territorio reluenti facultas ſuae religionis exercitium introducendi data eſt [r]) ita, vt ſubditi territorii oppignorati adeo ſuper publico religionis eorum exercitio cum nouo Principe tranſigere teneantur. Deinde exerceri quoque poteſt ius reformandi non modo tuendo ſubditos, qui deuotione domeſtica fruuntur vel anno 1624 ipſo exercitio religionis gauiſi ſunt, contra turbationes et violentias aliorum, ſed etiam expellendo eos, qui vel religionem in Germania haud receptam ſequuntur, vel anno 1624 exercitium religionis non habuerunt. Apparet ex his rationibus ius reformandi minime inutile eſſe etſi facultas ſimultaneum introducendi ſub iſto haud comprehendatur, et argumentum illud ex inutilitate iuris reformandi pro ſimultaneo deſumtum ergo plane nullum eſſe. Maxime ſimultaneo religionis exercitio hoc fauere videtur, quod, vt in vindiciis Hildeſienſibus profertur, in cauſa illa Huxariana (Hörter) inter Abbatem et Euangelicos eius ſubditos ob ſimultaneum agitata deputatio imperii ſimultaneum religionis exercitium approbauerit [s]), cum id quod

 a de-

q) Auf dieſe Art führte Maynz, als es die an Chur-Pfalz verſetzt geweſenen Aemter in der Bergſtraße ſec. I. P. O. art 4. §. 7. wieder einlöſete, das exercitium religionis Catholicae darinnen ein. Eben dieſes that auch das Hochſtift Straßburg, als es Anno 1664 das oberkirchiſche von dem Hauſe Würtenberg wieder bekommen hatte. Obrecht ad art. IV. I. P §. 23.

r) Vt mihi quidem videtur etiam ex hac pacis Weſtphalicae ſanctione egregium argumentum contra ſimultaneum deſumi poteſt, cum in hoc ſingulari caſu nihil niſi ſingularia iure conſtituta ſint, et in numero ſingularium horum iurium ius Principis ſimultaneum religionis ſuae exercitium introducendi reperiatur.

s) Dieſe Hörteriſche Commißion ward auf Maynz, Fulda, Braunſchweig und Oldenburg erkannt, und der bey dieſer Commißion 1659 den 19. März abgefaßte Receß lautet in den hierher gehörigen Puncten ſo: alſo erklären wir uns expreſſe mit deutlichen Worten, die der ganzen Welt wohl mögen communiciret werden, daß Ihre Fürſtl. Gnaden

a deputationibus imperii concluditur ſecundum iura mandati et delegationis pro lege imperii habendum ſit. Foret ſane argumenti huius, ſi verum eſſet, tanta vis, vt fundamenta noſtrae ſententiae maxima ex parte iſto labefactarentur; cum vero res longe aliter, ac in vindiciis Hildeſienſibus narratur, ſeſe habuerit et plena acta deputationis illius non ſolum, ſed etiam litterae Circuli Saxonici inferioris huius rei cauſa ſcriptae receſſum huius deputationis a Catholicis contradicentibus Euangelicis deputatis factum eſſe doceant [t]) totum hoc argumentum aduerſariorum corruit. Etſi autem Principi ex pace Oſnabrugenſi ſimultaneum religionis ſuae exercitium introducere haud liceat,

tamen

Gnaden zu Corvey als ungezweifelten Landesfürſten das in der angezogenen General-Regel beſtätigte ius territoriale und was davon per exceptionem dem Hörteriſchen nicht vergönnet, gleich allen andern Landesfürſten des heil. Röm. Reichs ungezweifelt in Dero Stift Corvey keinen einzigen Ort deſſelben ausgenommen, zuſtehen und gebühren thue. Weilen ſich dann dieſer Zeit eine ziemliche Anzahl von Catholiſchen Bürgern und Corveyiſchen Dienern in Hörter befinden, welche um Continuation ihres catholiſchen Exercitii anhalten thun, und alſo Ihre Fürſtl Gnaden ſattſame Materie haben ihr vermög iuris territorialis zukommendes Exercitium zu appliciren; alſo erkennen wir hiermit kraft habender Commißion, gnädigen Befehls, und reſpectiven Inſtruction, daß Ihre Fürſtl Gnaden zu Corvey nicht allein befugt ſondern auch vermög, ihres hohen Landesfürſtl. Amt verbunden ſeyn, denen catholiſchen Unterthanen, die es begehren, nach Ihrer Fürſtl. Gnaden Belieben und Gutbefinden vorab in dem Chor Stifts Petri, der Sacriſtey, und Kirchhofs daſelbſt zur Begräbniß, auch den ledig ſtehenden und von den Hörſteriſchen 1624 nicht beſtellten Kirchen ein Exercitium continuirlich zu verſtatten — — et in fine, es ſoll auch den catholiſchen Einwohnern frey ſtehen, nicht allein, wie bishero priuatim, ſondern auch eine offene Schule in Hörter anzurichten. Dieſer Receß iſt bey dem auctore meditationum (Henniges) ad Inſtr. pac Oſnabr. art. 5. §. 31. litt. s. p. 564. mit eingedruckt.

t) Examen vind. Rittmeyer ſub litt. D. p. 187 ſq.

tamen hoc, ſi ſubditi, ſiue tacite ſiue expreſſeparum refert, conſentiant, recte fieri poſſe cenſeo [u]), cum id quod in pace Weſtphalica intuitu ſimultanei ſancitum eſt, in favorem ſubditorum ſancitum ſit, et quilibet fauori ſuo renunciandi libera Facultate gaudeat [x]).

## IX.

*De ratione querelarum nullitatis in cauſis, in quibus appellationes ad ſumma imperii tribunalia prohibitae ſunt.*

Cum haecce res tantis difficultatibus ac tricis implicita ſit, vt certi quid vtrum affirmari poſſit, magnopere dubitans

u) Ea ratione in Ducatu Iuliacenſi et Cliuenſi ſimultaneum introductum eſt.

x) Si etiam dubium eſſet, utrum ex rationibus pacis Weſtphalicae ſimultaneum introducere liceret nec ne, tamen ſimultaneum illicitum eſſe ideo haud dubitarem, quia res dubiae in comitiis per interpretationes authenticas minime vero per interpretationes huius vel illius Status decidendae ſunt. Denique vt omnes perſpiciant quantopere Pater Patriae noſter Optimus deſideriis ſubditorum ſatisfacere et ſecuritati religionis eorum conſulere geſtiat, mandatum adhuc, quob ab iſto 1769 d. 19. Iun. intuitu ſtatus religionis publicatum eſt, quatenus huc ſpectat, inſeram: Wir Friedrich Auguſt — — erklären demnach und verſprechen für Uns und Unſere Succeſſores an der Chur, bey Unſern Chur- und Landesfürſtl. hohen Worten, Treue und Glauben, daß wir beſagten ſtatum der Augſpurgiſchen Confeßion ſamt allen dahin gehörigen Kirchen, Gottesdienſt, Cerimonien, Gebräuchen Univerſitäten, Land- und andern Schulen, Beneficien, Einkünften und Nutzungen, piis cauſis, Gerechtigkeiten, Freyheiten, als ſolche alle zeithero wohl hergebracht, inne gehabt und genoſſen worden, auch vor jetzo beſeſſen und gebraucht werden, in ſeinem ganzen Begriff ruhig laſſen, auch dieſem weder ſelbſt einigen Abbruch zumuthen, noch zugeben werden, daß ſolches von jemand anders geſchehe, geſtalt alles dasjenige, was zum Behufe der Evangeliſchen Religion Augſpurgiſchen Confeßion in hieſigen Landen durch den Weſtphäl. Friedensſchluß und insbeſondere den V. Artikel den ſtatum religionis betreffend, geordnet, ſançiret und geſchloſſen ſich befindet in vollkommener Kraft und Ausübung verbleiben, auch von Uns und Unſern Succeſſoren an der Chur feſt und unverbrüchlich gehalten werden ſoll ꝛc. Schreber von den Chūrſächſ. Landtägen de 1769 p. 148.

dubitans, quem ſententiam ſequar plane incertus ſim, lites hinc inde exortas ita proponere mihi liceat, vt rationes, quae in vtramque partem proferri poſſunt, afferam quidem, ſed non, quae rationes plurimum ponderis habeant decidam. Hi querelas nullitatis priuilegiis et iuribus de non appellando ſublatas eſſe contendunt, illi priuilegia de non appellando querelis nullitatis obſtare negant, et vtrisque, quibus ſuam quisque ſententiam tueri poſſit quam firmiſſimae ſunt rationes. Tanta adeo rei incertitudo eſt, vt quid nullitas ſententiae ſit, et quommodo nullitas inſanabilis a nullitate ſanabili differat, Iureconſulti ne quidem inter ſe conueniant, etſi in determinatis et aptis nullitatis eiusque ſpecierum definitionibus multum poſitum eſſe videatur. Conſultius itaque mihi viſum eſt, rationes, quibus ſententiae vtrarumque partium niti mihi videntur ſolummodo exponere, vt quae reliquis praeualeant, quilibet ipſe iudicare poſſit, quam in partes huius vel illius ſententiae ire, cum, ſi certae ſententiae accedere velis, facillimum ſit partes eorum, qui falſam ſententiam amplectuntur ſequi. Quia vero non inſtituti mei eſt, disquirere quid ſub nullitate ſanabili et quid ſub inſanabili intelligendum ſit [y]), quippe hoc ad quaeſtionem noſtram proprie non ſpectare quilibet videt, omiſſis illis perſcrutationibus, ſtatim ad ipſas rationes explicandas progrediar quibus querelam nullitatis per priuilegia de non appellando haud excludi propugnari poteſt. Prima, qua qui ita ſentiunt, ſe tueri poſſe mihi videntur, ratio, eo redit, quod iura et priuilegia de non appellando exceptiones a legibus ſint ſtri-

ctiſſime

y) Quam praeclariſſime hanc rem expoſuit ill. Pütterus in progr. de theoria nullitatis Goettingae 1759. quod totum de differentia nullitatis ſanabilis et inſanabilis agit.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-420375-p0064-9

ctiſſime interpretandae, nec propterea ad querelas nullitatis extendendae. Regulariter enim omnia iudicia Statuum ſummis Imperii iudicis, Camerae nempe et Conſilio Imperiali aulico ita ſubordinata ſunt, vt, ſi quis ſententia quadam inferioris iudicis iniuriam damnumue ſibi illatum eſſe putet, in alterutro illorum tribunalium conqueri posſit. Nam vti antiquiſſimis temporibus iam iam ſuprema iurisdictio et cura exercendae a Statibus iurisdictionis ad Imperatores ſpectauit, partim per Comites Palatinos, curias prouinciales, aliaque huiusmodi iudicia, partim in curiis ipſorum Imperatorum exercita, ita et hodie ſupremam hanc Imperatorum poteſtatem iudiciariam Camera Imperii et Conſilium Imperiale aulicum adminiſtrant. Quare, ſi iudices vel contra facta, aut leges iudicando, vel neglectis ſubſtantialibus proceſſus, ſententiam ferendo nullitates ac iniquitates in lite tractanda commiſerint vel adminiſtrationem iuſtitiae ſiue protraxerint, ſiue denagauerint adeo querelis nullitatis, iuſtitiae protractae ac denegatae et remediis appellationis ſumma Imperii dicaſteria adire licet. Si itaque Principi cuidam Priuilegium de non appellando ſiue limitatum ſiue illimitatum conceſſum eſt ab Imperatore, conceſſionem hanc vnusquisque perſpicit, nihil niſi exceptionem a lege illa eſſe, vi cuius Imperatori, vt ſummo Imperanti, eiusque nomine ſummis imperii iudiciis nunquam non ius competit, ſuper appellationibus et querelis ſubditorum cognoſcendi. Exceptionem autem extendi ad res non exceptas et, ſi ita dicere licet, in plures exceptiones diſtrahi cum nefas ſit, qua ratione quaeſo priuilegia de non appellando ad querelas nullitatis trahi poſſunt? Magna enim differentia eſt inter remedia appellationis et querelas nullitatis. Appellationis via ſuperiorem iudicem aggrediendi facultas litigantibus data eſt, quotiescunque contra acta et

probata aut a Principe aliquid reſcriptum [a]) aut a iudice ius dictum eſt; nullitatis querela vero tunc demum partes vti fas eſt, ſi iudex non contra acta ſed contra rationes legum iudicauerit, aut contra ordinem in cognoſcendis cauſis decidendisque ſeruandum aliquid molitus ſit. Satis exinde apparet, a priuilegiis appellationum ad querelas nullitatis minime concludi poſſe, ac, ſi fiat, non minus erroneum eſſe, quam ſi Princeps, cui priuilegium de non appellando in certis cauſis datum eſt, ſibi hoc priuilegium in reliquis cauſis quoque datum eſſe contendere velit. Quid etiam, ſi diſſentias, ad praeſumtionem illam pro Imperatoribus militantem, quod non veroſimile ſit eos priuilegia appellationum concedendo ſimul etiam iuri eis competenti iudices inferiores, ſi nulliter procedant, coercendi, renunciaſſe? Iurisdictio non modo in genere nobiliſſimum ius eſt Imperantium, ſed in Germania quoque omnia fere iura, quae Imperatoribus adhuc ex ſplendore priſtinae poteſtatis ſuperſunt, ea ſola continentur. Quo maior ergo ambitus iurisdictionis Imperatorum eſt, eo maior et ſplendidior vt dignitas ac poteſtas eorum ſit neceſſe eſt. Cum autem Principum ſit auctoritatem Imperii tueri et potius vt iura, quae vi ſummi Imperii eis delata ſunt, conſeruentur ſtudere, quam ad alios iſta transferre, non praeſumi poſſe veriſſimum

a) L. 1. π d. A., Εὰν, ἐλιςέιλῃ τις ἡμῖν, ἅ δια καὶ αντιγράφωμεν ἡμεῖς ὁτιοῦν, ὑπαρξει τοις βουλομένοις ἐπικαλεῖσθαι πρὸς την ἀπόφασιν, εἰ γὰρ διδάξαιεν, ἢ ψευδῶς, ἢ ουχ οὕτως εχειν τὰ επεςαλμένα, ουδέν ὑφ' ἡμῶν ἐιναι δοξῃ, προδιεγνωσ' μενον, τῶν ὡς ἑτέρως ἔχουσιν τοῖς γραφέισιν αντεπεςαλκοτ' ἐσιν; id eſt, Si ſcripſerit quisquam ad nos, et illi aliquid reſcripſerimus, volenti ad ſententiam noſtram prouocare permiſſum erit, ſi enim docuerint, vel falſo, vel non ita ſe habere quae ſcripta ſunt nihil a nobis videbitur iudicatum, priusquam contra ſcriptum fuerit, quemadmodum aliter res ſe habeat, quam nobis inſinuatum ſit.

riſſimum eſt, eos iuribus ſe abdicaſſe, quibus laeditur minuiturque poteſtas et dignitas eorum. Probant haec, niſi id factum luculenter demonſtrari poſſit, haud exiſtimari poſſe, Imperatores iuri eorum ſuper querelis nullitatis cognoſcendi, vt ſupremae iurisdictionis, praeclariſſimi iuris Imperatorum, praecipuae parti, per priuilegia de non appellando ſimul renunciaſſe, et cum expreſſe iſtos huic iuri renunciaſſe ex priuilegiis ipſis non doceri queat, priuilegia de non appellando ad querelas illas ſub nulla ſpecie iuſti eludendi poſſe videntur. Ipſa Analogia legum quoque huic ſententiae fauet. Nam poſſunt in ſummis tribunalibus imperii querelae protractae iuſtitiae inſtitui, licet inferiora iudicia priuilegiis de non appellando gaudeant, id quod Electorum exempla egregie demonſtrant. Quamuis his ius de non appellando in aurea bulla datum ſit b) tamen quoque expreſſis verbis Imperatoribus, ſi

H 2 iuſtitia

b) A. B. Cap. XI. §. 3. Adiicientes expreſſe, quod nulli Comiti, Baroni, Nobili, Feudali, Vaſallo, caſtrenſi militi, clienti, ciui, ruſtico, nulli demum perſonae eccleſiis huius modi (ideſt eccleſiis Elector. eccleſ.) ſubiectae, ſeu eius incolae, cuiuscunque Status, dignitatis vel conditionis exiſtant, a proceſſibus, ſententiis interlocutoriis et definitiuis ſiue praeceptis Archiepiſcoporum et Eccleſiarum huiusmodi vel ſuorum officiatorum temporalium, aut executionibus eorundem, contra ſe in Archiepiſcopali ſeu officiatorum praedictorum iudicio factis aut latis, habitis vel ferendis in antea ſeu fiendis ad quodcunque tribunal aliud liceat appellare, quamdiu in Archiepiſcoporum praedictorum et ſuorum iudicio querulantibus non fuerit iuſtitia denegata. Appellationes contra hoc factas non recipi ſtatuimus, caſſasque et irritas nunciamus.

§. 5. Eandem conſtitutionem virtute praeſentis legis noſtrae Imperialis ad illuſtres, Comitem Palatinum Rheni, Ducem Saxoniae, Marchionem Brandenburgenſem, Principes Electores ſaeculares, ſiue laicos, haeredes, ſucceſſores, et ſubditos eorum plene extendi volumus, ſub omnibus conditionibus et modis vt praefertur.

iuſtitia ab iſtis denegata fuerit, ius ſuper querelis iuſtitiae denegatae, cognoſcendi reſeruatum eſt. Si ergo priuilegiis de non appellando non tollitur querela iuſtitiae denegatae, cur querelam nullitatis tamen iſtis tolli cenſes? Eadem ratio, quae exigit vt ſubditis, etſi appellationis remedio non vti poſſint, ſuper denegata iuſtitia conqueri liceat, eadem ratio quoque exigit vt, non obſtantibus priuilegiis de non appellando, ſi nulliter iudicatum ſit, Imperii tribunalia adire ſubditis liberum ſit. Nam damnum haud minus infertur laeſo per nullitatem commiſſam a iudice, quam per denegationem aut protractionem iuſtitiae, quid quod? maius adeo eſſe puto incommodum, quod partibus, quando iuſtitia protrahatur aut denegatur, obuenit. Si iuſtitia denegata ſit, vel protracta, ſemper ei, qui exinde laeditur, ſpes adhuc reliqua eſt, fore vt iudex aliquando ad iuſtitiam adminiſtrandam perducatur, et vt ea ratione denique rem ſuam adipiſci poſſit; quae autem ſpes ei, qui ſententia nulla in ſuprema et vltima inſtantia lata ius ſuum amiſit, relicta eſſe dici poteſt?

Cum ſemel occideris et de te ſplendida Minos
Fecerit arbitria
Non, amice, genus, non te facundia non te
Reſtituet pietas. HOR.

Qua propter ex hac licentia querelam protractae iuſtitiae in ſummis iudiciis imperii inſtituendi haud exiguum pro querelis nullitatis argumentum in noſtro caſu deſumi poſſe mihi videtur. Fortius tamen argumentum id eſſe cenſeo, quod in Ordinatione Camerali intuitu querelarum nulltatis in cauſis criminalibus reperio ſtatutum eſſe [c]). Etſi enim in

c) C. O. C. P. 2 tit. 31 §. 14: Item nachdem auch dem alten hergebrachten Gebrauch im heiligen Reich zuwider, daß in peinlichen Sachen Appella-

in his omnis facultas ad ſumma imperii tribunalia appellandi ademta ſit, tamen expreſſis verbis, laeſis, ſi iudex nullitatem in proceſſu criminali tractando admiſerit, licentia data eſt deſuper in iudiciis imperii, quando iudex inferior eis immediate ſubordinatus ſit, conquerendi. Probatur hinc inde, ſi appellatio prohibita ſit, etiam querelam nullitatis prohibitam eſſe minime poſſe concludi, ſed ei cui a iudice nulliter procedente damnum illatum eſt, in omnibus cauſis potius aditum ad imperii tribunalia patere, quamuis appellationis via praecluſa ſit. Si enim ex ratione legum ad eos quoque caſus, qui cum caſibus expreſſe in legibus recenſitis conueniunt, quanquam ſub verbis legum non contineantur, concludere licet, et ſi ſanctio legum non ex ſignificatu expreſſorum verborum modo ſed etiam ex mente et voluntate legislatoris diiudicanda ſit, non video, cur a cauſis criminalibus ad reliquas cauſas intuitu querelarum nullitatis concludi non poſſit. Praeterea ipſi ſaluti patriae aduerſum eſt, priuilegia de non appellando

 ita

Appellation zugelaſſen werden ſollen; ordnen und wollen wir, daß hinfürter in peinlichen Sachen, die Leib-Straf auf ihnen tragen, am Kayſerl. Kammer-Gericht kein Appellation angenommen, ſondern angeregten Gebrauch nach gehalten werde: Doch da ſich jemands an dem Kammer-Gericht beklagen würde, daß in peinlichen Sachen, auch Leib-Straf belangend, ſein unerfordert und unverhört, und unerhört, und alſo nichtiglich, oder ſonſt wider natürliche Vernunft und Billigkeit, wider ihn procedirt, gehandelt, und geurtheilt, und derhalben principaliter auf die Nullität um Proceß nachſuchen würde: Sofern dann der Richter, deß Handlung ſich die Parthey obberührter maaßen beklagt, dem Kammer-Gericht ohne Mittel unterworfen, ſoll alsdann der anſuchenden Partheyen ſolcher Nichtigkeit halben Ladung erkennt, und darauf rechtliche Hülf mitgetheilet, und ſo ſich in Ausführung der Sachen befünde, daß obberührter maaßen nichtiglich gehandelt und geurtheilet, alsdann die Haupt-Sach wieder an die ordentliche Obrigkeit förmlich und rechtmäßig darinnen zu handeln, zu procediren und zu urtheilen remittirt werden.

ita explicari vt ad querelas nullitatis extendantur. Nam ex republica eſt, iudices ſuperiores eſſe quos inferiores metuant et inferiores iudices metu ſuperiorum in officio retineri, ne in iure dicundo a legibus recedant, aut ſtudio partium ſe duci patiantur, ſed vt ſummo ſtudio, diligentia atque cura inquirant iura partium, earumque lites decidant. Hic metus abeſt, ſi iudices inferiores nullis ſuperioribus iudicibus ſubordinati ſunt, eaque ex ratione, cum iis ex arbitrio eorum iuſtitiam adminiſtrare tunc licet, verendum eſt ne vel donis aliisue aut perceptis iam iam aut ſperatis tamen commodis corrupti, vel rationibus neceſſitudinis et familiaritatis, qua cum alterutra partium iuncti ſunt, commoti non ex legibus ſed ex motibus et affectibus animi ius dicant. Videtur itaque bono reipublicae noſtrae adeo contrarium eſſe, ſi per priuilegia de non appellando ſimul etiam querelas nullitatis ſublatas eſſe contendas, cum hoc facto iudicia Statuum in cauſis priuilegii ab omni fere erga ſumma imperii tribunalia ſubordinatione eximantur. Priuilegia vero ita explicanda eſſe, ne ſalus publica inde laedatur, notiſſimum iuris principium eſt. Haec ſunt argumenta ea, quae pro ſummis imperii iudiciis in cauſis querelarum nullitatis cognoſcendi, quamuis inferiora iudicia, priuilegia de non appellando habeant, proferri poſſe mihi viſa ſunt. Sed contra ea ſtant in altera parte non minoris ponderis argumenta. Nam quamuis iura et priuilegia de non appellando ſtrictiſſime interpretanda ſint, vtpote exceptiones iſta a legibus eſſe negari haud poteſt, tamen ex ſequentibus ſatis apparebit, interpretationem priuilegiorum de non appellando, ſi interpretandi regulas haud negligere velis, non aliter ac ea ratione fieri poſſe, vt ſub iis querelas nullitatis ſimul comprehenſas eſſe concedas. Cum

enim nihil fieri debeat in praeiudicium priuilegii Principi cuidam ab Imperatore tributi, et ſummorum Imperii iudiciorum ſit, quam diligentiſſime cauere, ne iura et conceſſiones, quibus ab Imperatoribus fines iurisdictionis eorum circumſcripti ſunt, laedant, querelas nullitatis in cauſis in quibus appellationes ad iſta ſublatae ſunt, ab iis recipi nefas non poteſt non eſſe. Nam nulla certe feretur ſententia, quae non ex cauſa nullitatis impugnari poſſit, eaque ex cauſa, ſi licitum eſſet, querelas non obſtantibus priuilegiis de non appellando ad Cameram Imperii vel Conſilium imperiale aulicum deferri, omnes aut plerasque certe ſententias in iudiciis Statuum latas a partibus litigantibus querela nullitatis impugnari poſſe arbitror. Quanta vero detrimenta exinde priuilegiis de non appellando exorirentur, et quam exiguae vtilitatis tunc eiusmodi priuilegia forent omnes facile perſpicient. Deinde ipſi rationi, ex qua priuilegia de non appellando conceduntur, conſentaneum eſſe arbitror, vt haec priuilegia etiam ad querelas nullitatis extendantur, ſiquidem priuilegia illa non niſi eo fine dantur, vt ſubditi Statuum celeriter, inſtantiis reſtrictis, conſequantur iura ſua, et vt ſumtibus eorum parcatur. Si autem ſubditis querela nullitatis vti licet, quanquam eis facultas appellandi ademta ſit, tamen ſub praetextu illius remedii non minus perſecutiones iurium impediri poterunt, quam per appellationes, et licentia ſub ſpecie querelae nullitatis ad ſumma tribunalia imperii recurrendi non minor ſumtuum occaſio erit, quam licentia appellandi. Intentio Imperatorum itaque in concedendis priuilegiis de non appellando exigit, vt, ſi appellationes prohibitae ſint, ſimul etiam querelae nullitatis prohibitae cenſeantur. Nec eam, qua appellationes et querelas nullitatis diſtinctas et inter

ſe

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-420375-p0071-8

ſe disiunctas eſſe nonnulli dicunt, differentiam obſtare puto. Nam verbum appellationis duplicem ſignificatum generalem nempe et ſpecialem habet, et priori quamcunque a ſententia iudicis inferioris prouocationem iſtud ſignificare nullus ignorat. Si itaque Imperatores in conceſſione priuilegiorum de non appellando verbo appellare in generali ſignificatu vſi ſunt, ſub eis non appellationes ſtricte ſic dictas modo ſed querelas nullitatis etiam comprehenſas eſſe res ipſa docet. Et quid impedit, quo minus verbo appellationis in priuilegiis de non appellando generalem ſignificatum tribuamus? praeſertim, cum verbum appellare, quantum ego ſcio, ſemper in legibus, ex quibus omnino haec res diiudicanda eſt, generalem hunc ſignificatum habeat [d]). Sed tamen proper ſalutem patriae neceſſarium eſſe videtur priuilegia de non appellando haud extendi ad querelas nullitatis, ne inferiora iudicia, quae, niſi metu ſuperiorum iudicum in officio retineantur, a iuſtitia

d) L. 1. ff. d. A. §. 3. Si quis in appellatione errauerit, ut puta, cum alium appellare deberet, alium appellauerit, videndum an error ei nihil officit, et ſi quidem, maiorem iudicem appellare deberet, ita errauit, vt minorem appellaret, error ei nocebit, ſi vero maiorem iudicem PROVOCAVIT error ei nihil oberit, et ita multis conſtitutionibus continetur. Denique cum quidam iudicem ex reſcripto Principis a conſulibus accepiſſet, et praefectum vrbi appellaſſet, errori eius ſubuentum eſt reſcripto Diuorum fratrum, cuius verba haec ſunt: Cum per errorem factam dicis, vti a iudice, quem ex reſcripto noſtro ab ampliſſimis conſulibus acceperas, ad Iunium Ruſticum, amicum noſtrum, praefectum vrbi PROVOCARES, conſules ampliſſimi perinde cognoſcant, atque ſi ad ipſos facta eſſet PROVOCATIO.

Et l. 3. l. c. §. 3. Quid ergo ſi cauſam appellandi certam dixerit? an liceat ei diſedere ab hac et aliam cauſam allegare? an vero quaſi forma quadam obſtrictvs ſit? puto tamen, cum ſemel PROVOCAVERIT, eſſe ei facilitatem in agendo etiam aliam cauſam PROVOCATIONIS reddere, perſequique PROVOCATIONEM ſuam, quibuscunque modis potuerit.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-420375-p0072-3

ſtitia diſcedere perfacile eſt, ab omni erga ſumma imperii tribunalia ſubordinatione eximantur. Speciosum ſane argumentum. Attamen num veroſimile ſit dicas rogo, ſuperiora iudicia, quae ſinguli Principes ad ſupremam iurisdictionem exercendam in territoriis eorum conſtituta habent, male verſari in adminiſtranda iuſtitia? Ego quidem ea viris peritis et prudentibus non modo ſed etiam bonis ac honeſtis aeque illuſtria eſſe arbitror, ac ſumma iudicia imperii. Sit autem fieri poſſe nonnunquam, vt male ius dicant, nonne vero etiam accidere poteſt, vt iudices ſummorum imperii tribunalium a iuſtitia nonnunquam recedant? Hoc ſi ſpectare velis, neceſſe eſt, vt infinita iudicia ſibi inuicem ſubordinata conſtituantur, etſi contingere adhuc poſſit, vt iudices offendant iuſtitiam. Quomodo vero ius ſuper denegata iuſtitia in tribunalibus imperii conquerendi in priuilegiis Electorum de non appellando reſeruatum pro iure ſummorum iudiciorum in cauſis querelarum nullitatis cognoſcendi afferri poteſt? Toto coelo differt querela nullitatis a querela protractae iuſtitiae, et ſi verum eſt a diuerſis ad diuerſa concludi non poſſe, iura, quae circa hanc querelam ſtatuta ſunt, ad illam nulla ratione transferri poſſe certum eſt. Ex eo denique, quod intuitu cauſarum criminalium ſancitum eſt in Ord. Camerali multum abeſt, vt pro aduerſariis aliquid probari poſſit, cum potius exinde appareat, querelas nullitatis in iis cauſis illicitas eſſe, in quibus appellationes illicitae ſunt. Nam ſi verum eſſet licere ſubditis querela nullitatis vti in eiusmodi cauſis, in quibus appellationes prohibitae ſunt, et ſi querelae nullitatis ſub priuilegiis de non appellando haud comprehenſae eſſent, non intelligo cur Ordin. Cameralis ſubditis licentiam in cauſis criminalibus, ſi iudex nulliter aliquid egerit,

 in

in iudiciis imperii conquerendi dederit. Superflua fuiſſet haec ſanctio ac inutilis, et rei potuiſſent hac querela tribunalia imperii aggredi, licet illud ſtatutum haud fuiſſet. Cum vero haud credere poſſim inutiliter aliquid in Ordinatione Camerali ſtatutum eſſe, aut cum tamen praeſumi nequeat, aliquid inutiliter in iſta ſtatutum eſſe, in ea ideo Camerae ius ſuper querelis nullitatum in cauſis criminalibus cognoſcendi reſeruatum eſſe mihi videtur, quia hocce ius regulariter ei non competat. Et cauſae criminales nonne etiam tanti momenti ſunt, vt propterea dignae fuerint, in quibus Imperator ſummam curam iuſtitiae adminiſtrandae ab inferioribus iudicibus haud dimiſerit? Sed haec omnia non tam praeclare ſuſtinent noſtram ſententiam, quam ipſa legum verba et priuilegiorum de non appellando. Expreſſe ſancitum eſt in Ordinatione Camerali [e]), vt in nulla cauſa, quae non pretium 300 florenorum excedat, id quod eo tempore ſumma appellabilis, vti aiunt, fuit querelam nullitatis inſtituere liceat, ſicuti etiam appellationes ad Cameram in litibus, quarum obiectum non pretii 300 florenorum eſt, ibi ſublatae ſunt. Apparet exinde

e) C. O. C. P. 2. tit. 31 §. 4. Derohalben; und damit Unſer höchſtes Gericht, mit ſo vielfältigen muthwilligen, und freventlichen Appellationen wider die Gebühr nicht überhäuft und zuletzt gar ſtecken bleibe; Setzen und ordnen Wir, daß benannte Summa der Hundert, funfzig Gülden, auf noch ein Hundert und funfzig Gülden, ſo in Summa dreyhundert Reichs-Güldener ſeyn ſollen, zu erhöhen und zu ſetzen ſey: Wie Wir auch dieſelben erhöhen und ſetzen, alſo und dergeſtalt, daß nun hinführo kein Appellation Sach, da die Klag unter dreyhundert Reichs Güldner, Haupt-Gelds wäre, an dieſem Unſerm Kayſerl. Kammer Gericht angenommen, noch von dem Richter voriger Inſtanz zugelaſſen, ſondern die Urtheil auf Anſuchen der Partheyen von ihme exequiret, und vollzogen werden ſoll.
§. 5. Ebener maaßen ſoll es auch gehalten werden, da man auf die Nullität principaliter — — klagen und procediren wolle.

inde circa querelas nullitatis eadem iura ſeruanda eſſe, quae circa appellationes ſtatuta ſunt, illasque etiam, ſi Princeps quidam priuilegio de non appellando, ſiue limitato ſiue illimitato, gaudeat, pro illicitis habendas eſſe, quatenus hac illicitae ſunt. Nam qua ex alia ratione leges, ne in cauſis quae ſummam appellabilem haud excedant, querelae nullitatis inſtituantur, ſanxiſſe demonſtrari poteſt? Poſtremo, ipſa priuilegia de non appellando, ſi iſta inſpicere velis, probant, ſub iis querelas nullitatis ſimul comprehenſas eſſe [f]), cum iſtis non appellationes ſolum ex iudiciis eorum,

 qui

g) Ex innumeris nonnulla tantum priuilegia de non appellando proferam:

Priuileg. de non appellando von Ferdinando I. vor das Chur- und Fürſtl. Haus Sachſen von 1559.

Wir Ferdinand — — confirmiren und beſtätigen Ihren Liebden auch dieſelbige (Freyheit wegen des iuris de non appellando nehmlich) von Römiſcher Kayſerlicher Macht, Vollkommenheit hiermit wiſſentlich in Kraft dieſes Briefs alſo daß von keinem Bey- oder Endurtheil, Erkänntniſſen, Decreten und Abſchieden, ſo in der Chur- und Fürſten zu Sachſen und derſelben Erben Nahmen und Hof geſprochen und geöfnet werden, in allen Sachen durch niemands, was Würden Stands oder Weſens der ſey, weder an Uns, oder Unſere Nachkommen am Reich oder Kayſerlich Kammer Gericht, appelliret, ſuppliciret noch reduciret werden ſoll noch mag, in keine Weiſe — —

Priuileg. de non appellando von Rudolpho II. vor Johann Georg, Churfürſten von Brandenburg von 1568.

Wir Rudolph der Andere — — bekennen öffentlich — daß Uns der Hochgebohrne Johann Georg erſuchet — das haben Wir angeſehen ſolche S. L. gethane, ziemliche Bitte auch die vielfältigen, getreuen, angenehmen nützlichen Dienſt — und erneuern demnach, bewilligen, beſtätigen, bekräftigen confirmiren S. L. dieſe Freyheit von Römiſcher Kayſerlicher Macht, Vollkommenheit hiermit wiſſentlich in Kraft dieſes Briefs, alſo, daß von keinem Bey- oder Endurtheil, Erkenntniſſen Decreten, Abſchieden, ſo in des Churfürſten von Brandenburg Nahmen an Dero Hof geſprochen und eröfnet werden, in allen Sachen durch niemands, in was Würden, Stands oder Weſens

qui eiusmodi priuilegia nacti ſunt, prohibentur, ſed omnibus aliis querelis etiam, quibus ſententiae iudicum inferiorum impugnari poſſunt aditus ad ſumma imperii tribunalia clauditur. Qua ratione ergo credere potes, non niſi appellationes in priuilegiis de non appellando ſublatas eſſe? Querelas nullitatis potius ſimul cum appellationibus iis ſublatas eſſe, certiſſimum eſt, cum ſub generali illa clauſula, qua in priuilegiis de non appellando omnes

Weſens der ſey, weder an Uns, Unſere Nachkommen am Reich oder Kayſerlich Kammer-Gericht oder jemand anders appelliret, ſuppliciret noch reduciret werden ſolle noch möge, in keine Weiſe — —

Priuileg. de non appellando von Ferdinando I. vor das Haus Bayern von 1559.

Wir Ferdinand — — ſetzen und wollen, daß nun hinführo von keinem Bey oder endlichen Urtheil, Erkänntniſſen oder Decreten, ſo an S. L. Hof oder andern Gerichten geſprochen und eröffnet werden, in Sachen da die anfängliche Klag- und Hauptſache nicht über fünfhundert Gülden Rheiniſch Haupt-Summa, ſondern auf fünfhundert und drunter wäre, weder an Uns, Unſere Nachkommen am Reich, oder Unſere Kayſerl. Kammer-Gericht jemand appelliren, ſuppliciren noch reduciren ſolle — —

Priuileg. de non appellando von Carolo V. vor die Marggrafen von Brandenburg von 1541.

Wir Carl der Fünfte von Gottes Gnaden Römiſcher Kayſer — — geben mit wohlbedachten Muth, gutem Rath und rechten Weſen denen Marggrafen zu Brandenburg dieſe beſondere Gnad und Freyheit, daß nun hinführo in Ewigkeit von einer unterredlichem und endlichem Urtheil, Erkenntniß und Decret, ſo durch die gemeldten Marggrafen zu Brandenburg oder in ihren Hof- Land- Lehn- oder andern Gerichten geſprochen und nicht über vierhundert Rheiniſch Schuld, Geld oder Werth berühren, und ſonderlich von Frevel Schmach-Sachen, Leib-Schäden, Lähmung oder fließenden Wunden durch jemands Würden Stands oder Weſens der oder die wären, weder an Uns, Unſere Nachkommen am Reich, noch jemand anders nicht geweigert, gedingt, appelliret oder ſuppliciret werden ſoll noch mag, in keine Weiſe noch Maaßen — —

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-420375-p0076-6

omnes et quaecunque ſupplicationes contra ſententias priuilegiati prohibentur, querelae nullitatis non poſſint non comprehenſae eſſe. Ex his rationibus, quas pro vtrarumque partium ſententiis, quaſi meis ſententiis proferre ſtudui, quamuis cui parti aſſentiam aut quam ſententiam adoptem incertus ſim, ex his rationibus, inquam, vnusquisque ipſe iudicet, quae ſententia praeferenda ſit.

## X.

### *De modo peragendi Viſitationes Camerales.*

Viſitationes Camerae eandem fere cum Camera originem habuiſſe et haud diu poſt inſtitutum iudicium Camerale ordinatas eſſe conſtat. In Ordinat. Cameral. Conſtant. de 1507 iam iam ſancitum eſt, vt Camera per ſex proximos annos a Commiſſariis Imperatoris et quibusdam Statibus, ſex illis Electoribus nempe, qui eo tempore exſtiterunt, et ſex Principibus, iisque Duce Bauariae, Duce Saxoniae, Marchione Brandenburgico, Epiſcopo Bambergienſi, Herbipolitano ac Aichſtadienſi viſitetur. Ab his ſtatibus, quibus negotium viſitandi ita demandatum fuit vt iſtud ſingulis annis duo ea ratione, vt alter Elector, alter Princeps et alteruter eorum, ſiue Elector, ſiue Princeps, alternis vicibus eccleſiaſtica dignitate conſpicuus eſſet, ſuſciperent, quinque viſitationes quoque 1508, 1510, 1511, 1515 et 1518 factae ſunt. Quamuis deinde ex variis cauſis munus viſitationum ad Regimentum Imperii anno 1521 a Carolo V. reſtaurati [g]) translа-



g) Das Reichsregiment war weiter nichts, als ein gewiſſes Collegium, dem von dem Reich die Beſorgung gewiſſer Staatsſachen und beſonders die Erhaltung des Landfriedens und die Vollſtreckung der Cammergerichtlichen Urtheile war aufgetragen worden. Es wurde zwar nach Errichtung des Cammergerichts alle Jahr ein Reichstag gehalten,

translatum fuerit, tamen, cum res breui temporis ſpatio eo perducta eſſet, vt ipſum regimentum non modo viſi-
tandum

ten, auf welchem die Sachen, die man nachher dem Reichsregimente übergab, mehrentheils beſorgt wurden; weil aber dieſe jährlichen Reichstäge mit vielen Beſchwerlichkeiten verbunden waren, ſo ſah man ſich genöthiget, das Reichsregiment zu errichten. Dieß geſchah 1500 von dem Kayſer Maximilian I. ſo, daß das niedergeſetzte Collegium aus einem Kayſerl. Commiſſarius und zwanzig Beyſitzern, die größtentheils aus den Ständen waren, beſtund. Es wurde dabey erfordert, daß allezeit einer von den Churfürſten perſönlich zugegen war. Eben ſo verhielt ſichs auch mit den aus beyden Bänken erwählten zwölf Fürſten. Außer dieſen mußten der Oeſterreichiſche und Burgundiſche Geſandte, einer von den vier erwählten Grafen und Prälaten, und zwey Deputirte von den acht Räthen gegenwärtig ſeyn, die jedes Viertel Jahr in ihren Seßionen wechſelten. Allen dieſen waren noch ſechs Beyſitzer zugeordnet, die entweder von Adel oder doch wenigſtens Doctoren und Licentiaten ſeyn, und von den ſechs alten Creyßen präſentiret werden mußten. R. O. §. 4. Ob gleich Anfangs von Maximilian das Reichsregiment auf 6 Jahre war errichtet worden, ſo nahm es doch 1502 wegen verſchiedener Urſachen ſchon wieder ſein Ende. Die jährlichen Reichstäge wurden daher aufs neue eingeführt, R. A. zu Trier und Cölln von 1512 tit. 4. §. 21; und die Execution der vom Cammergericht ausgeſprochenen Urtheile wurde l. c. tit. 1 §. 9. den Reichshauptleuten aufgetragen. Der Vortheil, den man aber von dem Reichsregimente gehabt hatte, machte, daß die Churfürſten Carl V. in ſeiner Wahlcapitulation art. III. verbanden daſſelbe wieder herzuſtellen, und daß daher dieſer Kayſer ſeinem Verſprechen gemäß 152 auf dem Reichstage zu Worms das Reichsregiment aus ſeinen Trümmern wieder hervor zog. R O. de 1521. In der zu dem Ende abgefaßten Regimentsordnung wurde demſelben zugleich die Aufſicht über das Cammergericht, oder, welches einerley iſt, die Viſitation deſſelben aufgetragen, ſ. §. 10.

„Es ſoll auch Unſer Cammergericht an dem End und Ort, da das „Regiment iſt, auch ſeyn, damit daſſelbig Cammergericht durch „fleißiges und treulich Aufſehn des Statthalters und Regiments „deſto ordentlicher und aufrichtiger gehalten werde.

Allein, da das Reichsregiment durch die damaligen Religionsunruhen und den unrichtigen Abtrag der zum Unterhalt deſſelben beſtimmten Gelder 1531, denn in dieſem Jahre erhielt erſt der Gegen-
ſchreiber

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-420375-p0078-7

tandum eſſe videretur, ſed regimentum quoque tolleretur adeo cura illa Cameram viſitandi rediit ad Status. Initio quidem non niſi extraordinaria viſitatio decreta fuit, anno 1531 d. 1. Martii facta, ſed cum Principes et Imperator, quanta ex perpetuis Viſitationibus ad iudicium Camerale commoda redundarent, quantaeque vtilitates exinde naſcerentur perſpicerent, in Rec. Im. de 1532 conueniebant inter ſe vt quouis anno viſitationes inſtituerentur. En originem viſitationum ordinariarum! Annuae iſtae viſitationes, quae propter perpetuam earum ſancitam continuationem ordinariae nominatae ſunt, ita conficiebantur, vt ab Electore Moguntino ſecundum ordinem ſeſſionum in comitiis, Elector, duo Principes, eccleſiaſticus et ſaecularis, Praelatus, Comes et ciuitas ad ſimul cum eo et Commiſſariis Imperatoris officium viſitandi gerendum conuocarentur. Emolumenta, quae ex hiſce ordinariis viſitationibus ad iudicium Camerale perueniebant, maxima erant, cum vt eo accuratius in naeuos Camerae inquireretur a Viſitatoribus et vitia deprehenſa corrigerentur ab iſtis, in ſingulis viſitationibus alteruter Principum ipſe, hoc anno eccleſiaſticus illo ſaecularis, praeſens eſſe obſtrictus fuerit. Quam praeclara vero harum viſitationum vtilitas fuit, tam ſaepe cum diſſidiis religionis quam aliis diſcordiis interruptae ſunt. Nam etſi 1533, 1550, et 1551 ordinariae viſitationes factae, eaeque etiam noua Ordinatione Camerali de 1555, repetita ſanctione receſſ. illius de 1532, iterum confirmatae ſint, tamen iam anno 1551, cum ordinariae viſitationes multis rebus impeditae fuerint, neceſſe fuit,

ſchreiber über die Einnahme ſeinen Abſchied, C. G. Ref. zu Speyer de 1531. §. 50. wieder zerriſſen wurde, ſo fielen auch alsdenn die vom Reichsregimente geſchehenen Viſitationen hinweg.

fuit, vt extraordinaria viſitatio inſtitueretur, atque hoc fine, non obſeruato ordine in ordinariis Viſitationibus praeſcripto, extra ordinem Status quidam mitterentur, qui curam viſitandae Camerae ſuſciperent. Poſt ordinarias illas Viſitationes autem ab anno 1559 vsque ad annum 1564 et ab anno 1567 vsque ad annum 1582 factas omnes ordinariae Viſitationes plane quieuerunt, nec dum iis, quae ad reſtaurandas eas Rec. Deputat. de 1600 et Rec. Imp. de 1603 ordinata ſunt, nec ſanctionibus Concepti Ordinationis Cameralis [h]) et Rec. Imp. Nouiſſ. reſtitutae. Quare iudicium Camerale ab ann. 1583-1587 et ann. 1595, 1605, et 1707 non niſi per extraordinarias Deputationes viſitatum eſt, ſicuti quoque eam, quae ab anno 1767 in viſitanda Camera occupata eſt, deputationem, extraordinariam ſolummodo eſſe haud obſcurum eſt. Maxima tamen ſpes adeſt fore, vt mox ordinariae viſitationes redintegrentur, ſi, quod

h) C. O. C. P. I. tit. 64. pr. Fürter und zu mehrer Beſtändigkeit dieſes Cammergerichts ordnen, ſetzen und wollen Wir, daß hinfürter jährlich das Cammergericht durch Unſer Kayſerl. auch der Churfürſten, Fürſten und Stände verordnete Commiſſarien und Räthe, alle Jahr den erſten May an dem Ort, da es gehalten, viſitiret werden ſoll, darzu Wir Unſere anſehnliche Commiſſarien, und Unſer Neve der Erzbiſchof zu Maynz als Erzcanzler des Römiſchen Reichs ſeine Räthe, wie hernach gemeldet wird, und neben Ihro Liebden noch ein Churfürſt einen Rath, darzu zween Fürſten, ein Geiſtlicher und ein Weltlicher, deren das erſte Jahr der Geiſtlich eigner Perſon, und der Weltlich einen Rath, und das andere Jahr der Weltlich eigner Perſon, und der Geiſtlich einen Rath, und alſo hinfürter, nach ſeiner Ordnung, wie die in Unſerm und des Reichs Rath ihre Stimm und Seßion haben, desgleichen die Prälaten, Grafen und Städt, auch jeder Stand einen Rath zu ſolcher jährlichen Viſitation verordnen, und ſollen die Churfürſten, Geiſtlich und Weltlich, Fürſten, Prälaten, Grafen und Städt auf des Erzbiſchofs zu Maynz, Erzcanzlers erfordern, Sie und Ihren, alſo nach Ordnung Ihrer Seſſion im Reich auf ihre Koſten erſcheinen und die Ihre ſchicken — —

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-420375-p0080-8

quod in rec. Imp. Nou. iam iam ſtatutum eſt, quamuis nondum factum ſit, nouum et certum et perpetuum ſchema Deputandorum ad ordinarias viſitationes a praeſentibus Viſitatoribus conſtituatur [i]). Mutationes enim ex eo tempore, quo viſitationes ordinariae conſtitutae ſunt, intuitu Statuum factae, et lites hinc inde ſuper ordine in viſitationibus ordinariis ſeruando a multis excitatae, praecipua, quod eae reſtitui nondum potuerint, cauſa fuere. Breui hac Viſitationum hiſtoria peracta, nunc ad ea, quae in ipſis Viſitationibus inſtituendis obſeruanda ſunt, cum ad haec proprie thema noſtrum pertineat, progredior; in eaque re ita verſabor, vt quae ab aliis iam iam, vti Struben et de Ziegeſar plenius in hacce materia expoſita ſunt, breuiſſimis verbis tantum recenſeam. Priusquam viſitationes fieri poſſunt neceſſe non modo eſt, vt decernantur in comitiis et Status, a quibus peragi debeant, determinentur, ſed etiam vt viſitationes edicto Caeſareo per omnem Germaniam publicentur. Neutrum tamen in ordinariis Viſitationibus requiritur, niſi caſu quodam, vti quam ſaepiſſime quidem factum eſt, interruptae nouo Statuum

i) R. I. N. §. 132. Nachdem nun die alten Reviſionsſachen expedirt, und aus dem Wege geräumt ſeyn werden (denn der R. I N verordnet im vorhergehenden, daß, um die überhäuften Reviſionsſachen auf die Seite zu bringen, eine extraord. Viſit. gehalten werden ſolle) ſollen die Ordinari Viſitationes wieder eingeführet, und alle Jahr, Innhalts der Cammergerichts Ordnung fortgeſetzt, auch weilen von An. 1581, alſo in ſiebenzig Jahren keine ordinaire Viſitationes und Reuiſiones gehalten worden, bey bevorſtehender erſten extraordinari Viſitation Unſers Cammergerichts von Unſern Kayſerl. Commiſſariis und der Deputirten Churfürſten und Ständen Abgeſandten ein gewiſſes Schema verglichen, und in Unſers Neven des Churfürſten zu Maynz Liebd. Canzley aufbehalten, auch derſelben in Beſchreibung zu ſolcher jährlichen ordinari Viſitation beſtändig nachgegangen werden.

tuum concluſo, quo vt reſtaurentur ſanciatur, reſtituendae ſint. Nam ſi ſemel a Statibus decretum fuit, vt perpetuo Viſitationes Camerae ſtato tempore fiant, aut, quod idem eſt, ſi ſemel viſitationes ordinariae decretae ſunt, et ſi eo decreto ſimul certum ac perpetuum ſchema deputandorum ad Viſitationes ordinarias ſtabilitum eſt, quilibet videt ſingulae Viſitationes ordinariae vt nouis decretis in comitiis concludantur haud opus eſſe. Edictum illud, quo viſitationes publicantur mittitur den Creyß ausſchreibenden Fürſten [k]), quibus incumbit ſingulis circuli

k) Probatur Edicto Ferdinandi III de 1652 die ſchleunige Ausmachung derer im Kayſerl. und Reichs-Cammergericht ohnerledigt hangenden Reviſionsſachen betreffend: Wir Ferdinand der Dritte — — demnach Uns von des heiligen Reichs allhier anweſenden Churfürſten und Ständen. und deren Abweſenden Räthen, Botſchaften und Geſandten, in ihren uns unterm dato 23. dieß zu Ende laufenden Monats Decembers in puncto iuſtitiae eröffnete Bedenken unter andern gehorſamſt eingerathen worden, weilen von ſo vielen und langen Jahren her die an unſerm Kayſerl. Cammergericht zu Speyer noch ohnerledigt hangenden Reviſionſachen auf eine ſehr hohe Zahl geſtiegen, und ungewiß, ob die Partheyen dieſelben annoch zu proſequiren gemeynet ſeyn, und ob nicht viel derſelben per amicabilem compoſitionem oder ſonſten hingelegt werben möchten, und daher die Nothdurft erfordert, daß durch ein allgemeines, offenes, an alle Creyß ausgehendes, und vermittelſt der ausſchreibenden Fürſten, und Stände des Reichs und auf deroſelben bey einer nahmhaften Straf beſchehenen Forderung, durch dero Beamte und Unterrichter an allen Orten notificirendes Edict ein gewiſſer Termin, nämlich der letzte Tag nächſtkünftigen Monats May angeſetzt werden, in welcher ein jeder, ſo Reuiſion in Camera geſucht, ſub poena Deſertionis ſowohl bey dem Cammergericht als Unſers lieben Neven des Churfürſten zu Mayntz L. als des heiligen Reichs durch Germanien Erzcanzler ſich gebührend anmelden, und ſeine Gemüthsmeynung erklären ſolle, ob er die Sache zu proſequiren gedenke, oder aus was Urſachen er ſolcher Erklärung alſobald zu thun nicht vermöge; wobey dann derjenige, welcher ſeine Reviſionsſachen zu beſchleunigen oder auszuführen bedacht iſt, ſich mit den Sportulis, um dieſelbigen auf Ziel und Zeit, ſo ihm dazu beſtimmt wäre, würklich zu erlegen gefaßt zu halten, und benebens

culi Statibus notum iſtud facere, ab iisque deinde per praefectos et inferiores iudices ſubditis eorum publicandum eſt, vt ſi quis forte reuiſionem in Camera interpoſuerit, iura ſua, viſitatione inſtituta, cuſtodienda tueri haud negligat. Quando enim extraordinaria Viſitatio decernitur, certum tempus ſimul ſtatuitur intra quod vnusquisque, ni reuiſionem ſuam pro deſerta haberi velit, et apud Electorem Moguntinum et in Camera declarare tenetur reuiſionem ab eo interpoſitam proſequi in animo ſibi eſſe. Qui vero haec obſeruari poſſunt, ſi decreta viſitatio non rite promulgatur? Mihi quidem promulgatio tam neceſſaria eſſe videtur, vt haud aſſerere dubitem, interpoſitam reuiſionem propter haud factam determinato tempore declarationem proſecutionis, ſi quis ob neglectam domini territorialis ſui viſitationis promulgationem in iuſto errore verſatus ſit, minime tanquam deſertam reiiciendam, ſed laeſum potius ex clauſula generali Praetoris in integrum reſtituendum eſſe. Simulatque publicatio viſitationis facta eſt, requiritur, id quod autem in extraordinariis viſitationibus tantum requiritur, vt pro iis Statibus, qui ad viſitationem delegati ſunt, mandatum procuratorium, quo in Camera ſe legitimare poſſint, conficiatur [1]). Hoc mandatum, vt reliqua ſcripta nomine



bens ſeine Grauamina, da er einige zu produciren gemeynet wäre, und in bewährtem Termino damit aufkommen könnte, einzugeben, oder warum ſolches nicht geſchehen möge, anzuzeigen habe, und wir Uns dann ſolches alles gnädigſt gefallen laſſen — — —

1) Zur Erläuterung der Sache will ich die Reichs-Vollmacht hier einrücken, die 1706 vor die damalige extraordinari Viſitatores ausgeſteller worden iſt:

Demnach des heil. Röm. Reichs Churfürſten, Fürſten, und Stände vor rathſam befunden, aus Dero Mittel zu erkieſſen, welche der zu Abhelfung der in dem Kayſerl. und Reichs-Cammergericht eingeſchli-

Statuum in comitiis expedienda, a Cancellaria Moguntina Comitialiperficitur, et approbatum a Statibus Imperatori

chenen Gebrechen, Misbräuche und Unordnungen, und zu Verbeſſerung des Juſtizweſens veranlaſſeten extraordinari Reichs Viſitations-Deputation von Reichs wegen beyzuwohnen hätten, und dann in allen dreyen Reichscollegiis, und zwar obſeruata paritate religionis

Aus dem Churfürſtl. Saluo alternat. ordine.

Maynz, Saltzburg, Magdeburg, Pfaltz, Oeſterreich, Schweden, Bremen, Sachſen, Lamberg, Sachſ. Meynungen, Brandenburg.

Aus dem Fürſtlichen. Saluo alternation. ordine.

Osnabrück, Würtenberg, Münſter, Heſſen-Caſſel, Baaden Baaden Meckl. Schwer. Speyer, Brandenb Culmbach, Swäb. Präl. Wetter. Grafen, Hildesheim, Braunſchweig. Zelle.

Aus den Röm R. Städten.

Aachen, Nürnberg, Ueberlingen, Franckfurth,

